minē aliquid sentire cuius imaginē non habeat in interiori or
gano virtutis imaginarie. Nunq̄ enīz cecos naturaliter facit
somniare de coloribus. nec surdos de sonis. nec eis talia repre
sentat in vigilia vel in somnis.
¶ Secundum moduz possumus intelligere sic. q res alio mō
vt substantia alia dispositōe appareat sensui q̄ sit naturaliter
Qō pōt contingere ppter variationē aliquam ex parte organi. sicut quando humor sanguineus vel vapor igneus descēdit
ad oculos videtur homini q ea q̄ exterius sunt sint rubea. vel
ppter variationē aliquā ex parte obiecti. sicut ptingit aliquā
do q ex positione candele facte de serpētis pinguedine ⁊ dis-
positiōe palearū vidētur palee serpētes esse opatione natura
li. Simile est in aliquibus virtutibus quarundā rerum mine-
ralium. Et qz iste modus nō latet demones. ⁊ sunt ministri ve
loces potētes q̄ necessaria sunt ad bec statim offerre. ideo sen-
sus nostros frequēter deludunt. ostēdētes rem aliter q̄ sit. dū
eam faciunt aliter q̄ se habeat apparere. qō quidē fit p varia-
tionem modicam inducendo circa organum vel obiectum. que
quidē variatio non mutat formam sed solum ex quadā accidē
tali adherentia. ⁊ est vt passio. non passibilis qualitas.
¶ Tertium modum sic possumus intelligere. Res siquidez q̄ 55
pūto est sensum nostrum sine visibili obstaculo pōt dupliciter
latere. aut qz impeditur virt⁹ sensus. nec puenīat ad sensibile.
aut quia impeditur spēs sensibilis ne perueniat ad sensum. ⁊
vtroq̄ modo impeditur sensus ne percipiat quod sibi est pūto
vtrūq̄ aūt horū satis credē dum est esse possibile virtuti demo
nis ⁊ ideo dī posse facere p banc viam vt hominē reddat inui-

sibilē. qō thī certuz nō est. si thī est. hac via posse fieri nō est mul tum incredibile. His visis pz rñsio ad qōnē ppositā. qñ terminanda est in partē affirmatiuā. pz etiā in pte rñsio adobiecta.

54 ¶ Ad illud etiñ qō obf q sensus nō errat circa ppzium obiectū dōm. q hoc intelligit qtū est de sui natura. salua .s. media, dispositōe organi. medij t obiecti. Intelligit etiā de sensu pticulari p se. In hac autē deceptiōe sensus cōis siue fantasia q̄f collatiua admisceē sensui pticulari t iudicat esse alteri' qō est

55 suū. ¶ Ad illud qō obf q nulla res pōt videri nisi p suā spēm. dōm q spēm nec de nouo dat. nec de nouo offert. sz illā q erat i fantasia. tā viuaciter virtuti illi interiori obijcit vt credat se rē

56 exteriorē sensibiliter intueri. ¶ Ad illud qō obf q facit boiez videri capzā vtrū illa spēs bois deferaf ad visum. dōm q fortassis ipedit ne pueniat ad visum vel visus ad cā. vel saltē ipedit ne pueniat ad iudiciū. dum loco illi' offert spēm capze quā bz in fantasia. t sic dum aspicit ad corp' humanū estimat se vi

57 dere capzā. ¶ Itē illud qō querif vbi facit immutationē. vel circa organū. vel obiectū. vel virtutē. dōm q pōt facere t facit circa oia hec p loco t tpe sicut sibi vf expedire. nec tñ videf q sit verum miraculū. qz nō est ibi vera formaz trāsmutatio aut inductio. sed solum quedā trāsitoria t quasi momentanea immutatio. q̄ cum ostendat circa rem verā esse trāsmutationē. nō est verum miraculū. sed vanum t falsum prestigium.

Questio. iiij. Utrū demō possit cogitatiōes imit

R tere. Et q sic vf pzio autozitate ve te. te. in ps. Immittit angel' dñi in circuitu ti. cum si bon' an gelus pōt immittere. cū bon' t mal' sint eiusdē nature. pz te.

¶ Itē autozitate Job. xiij. cuz dyabol' misisset in coz vt trade ret cum iudas. sed mittere in coz nō est aliud q̄ immittere. g̃ te.

¶ Itē greg. in moralib'. Maligni spūs in cordib' malignoz cogitatiōes immittere nō desistunt. ¶ Itē suggestio est acule' dyaboli. sed suggestio nihil aliud est q̄ prauе cogitatōis immissio si g̃ dyabol' pōt mala suggerere. g̃ t pōt malas cogitatōes immittere. ¶ Cōtra. Matt. vij. sup illud. Nihil qō in os itrat coinquinat aiam. dicit glo. Bede. q dyabol' nō est malaz cogitationū immissoz. ¶ Itē si pōt cogitationē immittere. cū in cogitatiōe formetur acies intelligētie. g̃ pōt mentē nfam formare qō falsum est. cū hoc dicat aug. esse ppriū veritatis prie. ¶ Itē nihil nobis intimi' est q̄ nfa cogitatio. g̃ si dyabol' pōt cogitatiōes immittere. g̃ pōt qñ vult ad interioza nfa spūalia introire. sed hoc nihil aliud est q̄ illabi. ergo mēti nostre illabi pōt qō supza improbatū est. ¶ Itē si pōt cogitatiōes immittere. g̃ pōt qñ vult malū facere cogitare. sed ipe ptinue nobis optat malū. g̃ nunq̄ pmitteret nos a cogitationib' malis desistere. qō manifeste falsum est. Est igit qstio quātum posse habeat dyabol' respectu cogitationū generādaz in nobis. vtruz scz possit efficē vel tñ offerre. t si offerre. vtrū necessario possit nos ppellere ad hoc q nos recipiam' oblatū. Et q sic vf qz si aliqd pñtaf aspectui oculoz nostroz necessariū est nos videre t sic de alijs sensib'. g̃ similiter videf de cogitatiōibus. Qō si verum est. videf q a malis cogitatiōibus nō possumus euadere. t q mala cogitare nō sit reprehēsibile. cuz tñ dñs reprehēdat

58 Matth. ix. Quid cogitatis mala in cordib' vestris te. ¶ Rñ. dōm q immissio dicit actum cui' effect' terminaf in eo qō int' est. Hunc aūt actum dupl'r pōt dicere respectu illius effectus. Aut sicut cause pncipalr agētis t efficiētis. aut sicut excitātis vel ipellētis. Prio mō ppzie accipif. t sic pertit soli deo respectu alē. ipse em̄ sol' est q p modū principalis agētis pōt in ei' intimis cogitatiōes t affectiōes gignere t formare. Alio mō accipif large t minus ppzie. qñ immissio de rōne sui nois quandam virtutē t autoritatē sufficientē respectu effect' importat. t ideo qñ solummō dicit excitationē vel impulsionē. large accipif t minus ppzie. t sic pertit demoni respectu alē. qñ cius officiū est siue puersum studiū cidē malas cogitatōes suggerere. Et sic pz rñsio ad rōnes ad vtrāq; partē. Nā rōnes t autoritates ad primā partem inducte pcedunt de missiōe t imissiōe cōiter dicta rōnes vero ad oppositū pcedūt de imissiōe ppzie

59 dicta. ¶ Ad illud vero qō querif vltimo. quātuz posse habeāt demones respectu malaz cogitationū nfaz. dōm q fantasma

60 ta pñt offerre. ¶ Ad illud aūt qō q̄rif vtruz necessario possint ppellere. diuersimode a diuersis rñdef. Quidā em̄ dicūt q necessario possint ppellere ad cogitatiōes malaz. non tñ malas Cogitatio em̄ q̄ est de malo. nō est mala nisi cā comitetur affectio malaq̄ est in patestate nfa. Alijs vero videtur t pbabilr q non pñt facere aliquid quo' facto necessario cogitem' malū nisi in casu. videlicet cum cogitatio anime nō est circa vtilia occupata. Cum em̄ euagaf t est ociosa ratio. tunc pōt ei dyabol' offerre ymaginē turpem t vanā. t ideo volēti malas cogitationes t ymaginatiōes effugere. sollicite t diligēter cauendū est ne pzingat aliquando animuz a bonis t ab vtilibus cogitationibus reuocari. hoc tamen difficile est nisi ei qui solitus est in bonis animum exercere. cui multo facilius t delectabilius est in bonis versari cogitatōibus. q̄ fit virtis carnalibus in fedis t turpibus ymaginibus.

Questio. v. Utruz demones possint malas affectio

L nes incēdere. Et q sic videf Osee. vij. Oēs adulterātes sicut clibanus succensus a coquēte. t glo. exponit q clibanus est fornicatoz. t coquēs dyabolus. ergo te.

¶ Itē Beda. sup actu. vj. dicit. q dyabol' fraudulēta t calida deceptione animā in affectum malicie trahit. sed hoc nihil aliud est q̄ prauā affectionē incēdere. ergo te. ¶ Itē dyabol' potest carnē nfam pmouere. sicut dicif Job. vj. sup illud. terra tradita est in manu impij. exponit Greg. idest, caro in manu dyaboli. si ergo carne commota excitatur stimulus pcupiscentie qui est in nobis tanq̄ igniculus prauе affectionis. videf q dyabolus possit in nobis incendere affectionem pcupiscētie.

¶ Item ignem incendere non est aliud q̄ igni pabulum ministrare. sed male imaginationes t exteriores, oportunitates t occasiones sunt fomēta pcupiscentie. ergo videf q dyabolus hunc ignē pcupiscētie possit in nobis accēdere. ¶ Itē calidū potest calefacere. ergo inflāmatū potest inflāmare. sed dyabolus totus est inflāmatus: imo t in eo sunt flāme t incentiua vitiozum. sicut dicif Jaco. iij. t Beda dicit. t magister dicit i littera. ergo potest dyabol' nos ad malū inflāmare. ergo t incēdere. ¶ Ad oppositū. Imago maxime pficitur in affectione t voluntate. ergo si dyabolus non habet posse sup aiam inquātum est dei ymago. g̃ non videtur q possit affectionē nfam incendere. ¶ Itē libertas arbitrij pficit maxime in affectu siue in volūtate. sed lib. ar. est illud super qō minime potest dyabolus g̃ videf q minime possit in nfm affectū. g̃ si non potest intellectui cognitionē vel cogitationē imittere. g̃ multomin' affectionē incendere. ¶ Itē cogitatus preambul' est ad affectionem. sed qō non pōt in dispositionē, non pōt in pplementum. ergo si dyabolus non potest immittere cogitatum. nō pōt incendere. affectum. ¶ Item si potest malas cogitationes incēdere. cuz huiusmodi affectiōes semper sint culpabiles ptinue posset nos facere peccare. qō nephas est dicere. Est igitur q̄stio q differētia sit inter incendere t immittere. t p quāto dyabolus magis dr incensor q̄ immissor. cū econuerso videaf. cuz multo pl' sit affici q̄ cogitare. ¶ Rñ. dōm q incēdere est acci

61 trāslatus a corpalibus ad spiritualia. In corpalibus aūt incēdere est non ignem generare. sed potius igni pabulū ministrare. vel applicando ignem cōbustibili. vel cōbustibile igni. sic t in spūalibus. Ignis autem iste pcupiscentia est siue libido puersa. pabulum istius ignis sunt cogitatiōes t affectiōes carnales t terrene. t delectationes fede. t ita incendere in spūalibus nō tantummodo accipitur respectu affectionum. imo t cogitationum. t respectu vtrarūq; non dicit actuz sicut principaliter agentis. sed solum sicut excitātis t subministrantis. Qñ igitur dyabolus pōt nos ad malas cogitationes t affectiōes excitare. licet nō possit eas i nobis sua potestate efficere. ideo recte t ppzie a sanctis t a doctoribus sacre scripture incensor

62 dicitur non immissor. t pcedende sunt rationes ad hoc. ¶ Ad illud qō obijcitur q dyabolus non pōt super imaginez nec super lib. arb. dōm q non pōt sicut agens t mouens principale. pōt tamen sicut suggerens t inducēs. t hoc est qō dicit Dam. violentiam alicui inferre nō pñt. in nobis em̄ est suscipere eorum immissiones. ¶ Ad illud q nō possit in cogitationem. dicendum q sicut non pōt cogitationez formare. sic nec affectio

63 nem principaliter causare vel mouere. sicut autem potest affectionem incendere. sic etiam cogitationem. ¶ Ad illud qō vl

64 timo obijcitur q tunc posset facere nos peccare. dōm q verum est si potentia incendendi imporata ret necessitatē vel precipuā t effectiuā potestatē respectu affectōis prauе. sed sicut pdictū est nō dicit cām efficiētē. sed dispōnētē. q̄ qdē dispositio efficaciā nō bz nisi nos dem' ei vigorē ex nfa negligētia vel pzensu.

Questio.vj. Et vltima. Utr demones possint scrutari secreta nre pscie. Et q sic vr. Dem monū officiū est accusare sm q legit in Apoca.xij. Proiect' est accusator fratrū tc. g si i iudicio arguemur de secretissimis cogitatiōib' vr q be nō latēt accusatorē nr̄m. Itē pctm̄ ē caracter bestie sm q insinuat Apoc.xiij. sz vnusq; sc; cognoscit p priū signaculū vbicūq; ponit. g dyabol' cognoscit pctm̄ vbicūq; sit sz nihil est in nobis secreti' q sint pcta cogitationū nr̄arū affectionū. g si hec dyabol' pōt videre secreta pscias nr̄as rimari pōt. Itē aug. xij. sup Gen. ad lr̄as. mali angeli cogitationē nouerūt q multa p̄dicūt q nō p̄dicerēt si cogitatōes nō nouissent. Itē hoc vr p rōnes. Notior est operatio q potētia et potētia q sba. q: p cognitionē operatōis et potētie puenit ad cognitionē sbe. sed sba aie nō pōt latere dyabolū. g nec et' operatio nec virt'. g si cogitatio et affectio sunt actiones aie. g nō pōt latere demonē. Itē sbe spuales sicut dicit dyony. p sui naturā sunt specula. sz sic est in speculo materiali q qñ vnū obr alteri. nō solū repñtat ipz. sz etiā oē qđ relucet in ipo. g si maioris cōicatōis sunt specula spualia. vr q qñ demō intuet et aspicit aiam nō solū ipaz videat. sed oē qđ est in ipa. Itē nihil pōt oculus meus videre i me qđ nō possit videre oculus alien'. si g sic est in oculo corpali respectu rei visibilis corpalis pari rōe sil'r erit in oculo spuali respectu cognoscibilis spualis. g si oculus meū spuale nō latet secretū pscie mee. pari rōe nec oculos demonū. Adoppositū. iij. reg. viij. Tu sol' nosti corda filioz hominū. nō g demō vel ali'. Itē Hiere. xvij. Ego dns scrutans corda et renes. g si dns hoc sibi attribuit tāq; proprium. vr q nō cōicet dyabolo. Itē. j. Ethoz. ij. Nemo scit q sunt hois. nisi spus hois q est in illo. sz demō nec est spus noster. nec est in nobis. g nō nouit secreta pscie nr̄e. Itē Aug. i li. de ecc. dog. Internas cogitatōes nr̄as dyabolū nō videre certū ē. Itē rōne vr. q si internas cogitatiōes cognosceret. cognosceret et virtutes g dei Job patientiā cognouisset. qđ si cognouisset. nō tentasset. cū nolit superari. sz tentauit. g nec virtutes nec cogitatiōes ei' cognouit. Rñ. ad p̄dictor itelligētiā est notādū. q sicut de' volūtati creature rōnalis dedit dñium siue arbitriū cui nulla potētia p̄sidet nisi diuina. sic ei' cognitiue dedit pscie secretū cui' secreta et pfunda nō penetrat nisi diuina sapia. et iō dico. q nulla creatura. nec būana. nec angelica. pōt pscie būane nosse secreta nisi p signa vel pjecturas vl' nisi nouerit dei reuelatiōe. aut bois denūciatiōe. Et qm̄ pauca sunt ita secreta q̄n pdeāt in opa exteriora. vel appareāt p signa exteriora faciei. vel p signa cordis qđ mouef diuersimode sm diuersitatē affectionū hinc est q multe cogitatōes et affectiones nre dependi pñt a malignis spiritib' nisi arceank dei virtute b aūt cognitio pot' est pjecture q certe scie. Et iō pcedēde sunt rōes oñ dētes q angel' mal' secreta pscie nr̄e pscrutari nō pōt. Ad illud g qđ obr p.io in Iniū de accusatoris officio. dom q nō solū ipe demō erit accusator. imo etiā cor nr̄m. vñ et si de exteriorib' visibilib' accusari possum' a dyabolo de secretis et occultis nō. neutra tñ ipunita relinquenf. q: nō decrit accusator et testis. Ad illud qđ obr q pctm̄ est caracter dyaboli. Dz q pctm̄ tūc dr esse caracter. qñ scribif in frōte. hoc aūt ē cū peccat fine ruboze et publice. vt tā possit ei dici frons mulieris meretricis facta ē tibi. noluisti erubescē. et tūc absq; dubio pctm̄ nr̄m cognitū est a dyabolo. q: tā nō est secretū sz manifestum. Ad illud qđ obr de Aug. q cogitatōes nouerūt dz q loqf de cognitiōe pjecture nō certe scie. Ad illud qđ obr q notior est operatio q̄ sba. dom q verū est de operatiōe extrinseca de intrinseca aūt nō bz semp veritatē. Multe em̄ res sunt nobis note quaz virtutes et operatiōes nos latēt. Uel dom q hoc locū bz in operatiōe naturali. nō in operatiōe volūtaria. Operatio enz naturalis sm q naturalis est. ita se natural' nata est repñtare nec se occultare pōt. sicut nec sba. imo p ipam manifestaf sba dū plus bz de rone actualitatis. ac p hoc manifestatiōis et lucis. In operatōe aūt volūtaria sec' est. Nā cū sba se natural' repñter. sicut natural' est. sic se occultare nō pōt. Operatio volūtaria sicut volūtarie exit esse. ita et volūtarie manifestaf et ita occultari pōt. imo nō manifestaf nisi bō velit. talia aūt sunt q̄ latēt in secreto pscie nr̄e ideo q̄uis dyabol' possit videre alias pprias virtute. tñ nō pōt illā pspicere. Ad illud qđ obr q speculū repñtat aliud speculū et q̄ sunt in eo p̄ēta. dom q est duplex speculū. quoddā naturale et quoddā volūtariū. Speculū naturale sicut natural' suscipit ita et natural' reddit et ita nihil occultat. iō speculū sibi oppositū nō solū ipz. sz etiā oē q lucet i eo repñtat. Speculū aūt voluntariū nō est i actu manifestatiōis coz q̄ in se ptinet nisi cū b facit voluntas. et tale ē speculū spuale. et iō nō est sile. Ad illud qđ obr de oculo corpali. p hāc ipam rōnē iam p̄ 71
rmiō. Oculus em̄ vn' corpalis videt q̄q̄d videt alius si obiectū sit vtriq; reuelatū sit aūt vni apertū. et alteri tegif vn' pōt videre qđnō videt alius. q: g null' se sibi Dist. ix.
nec vult nec pōt velare. q: sibi sp pñs est. iō oculū pprium si q̄d i se ē nō pōt latere. alienū vero oculū pōt subterfugere. et se illi reuelare. qm̄ nō est ipi pñs. nec sup eū potēs. et iō oēm oculū spuale pōt pscia nr̄a latere. excepto se et illo q̄ ē supra se. Et iō dicit Aug. sup Gen. ad lr̄am q sicut sbe corpales bñt aliq̄ velamēta qb' se alienis aspectib' occultāt. sic et i bis substātijs spualib' suo mō itelligēdū est. b est vbor suorū
snia. Et si tu q̄ras quō pōt
b cē vl' itelligi. cū sba spualis simplex sit et vniformis p totum. et ita vr q q̄ videt modicū nihil latet. et cum vniformis sit nō pōt cē ibi aliq̄d occultās et aliq̄d occultatū. dom q obstaculū illud nō bz itelligi p interpositionē alicuius nature opace. sicut est in visu nr̄o corpeo vel obscure. vel minus clare. sz ibi abscōdere idē est qđ nolle manifestare. et iz nō sint ibi diuersitates plicaz ex ppositiōe diuersaz naturaz. sūt tñ in alia grad' potētiaz et statuū. sm quos q̄dā dicunt esse alie magis intima. vtpote q̄ respiciūt potētias superiores et simpliciores siue puriores. sz quas alia magis in scipa recolligit et ei qđ summe vnum est vnif et simplificat. et penes has maxie resident pscie secretū. et sic pz solutio obiectoz. ex qb' etiā manifestant oia q̄ in lra dicunt. hoc solū aūt indiget explanatiōe q dicit gēnadi' q demōes p energie opationē tc. q̄d appellet energiā. Et dz q energia dr ab en qđ ē i et erge qđ est labor et mene qđ ē defect' inde energia q̄si interior labor vel iterior defectus. Unde illi dicūt energumini q̄ interi' laborār pyeratione demonis interi' obsidētis et aliaz laborare faciētis et hoc qđ gēnadius dicē intendit. Cetera patent q̄ in littera dicuntur.

Distin.ix. De cōsequentib' cōfirmatione angelorum bonorum q̄tum ad ordinū distinctionem.

Post p̄dicta supest cognoscere tc. Supra egit magr de pscquētib' ad maloz obstinationē. i hac pte agit de bis q̄ cōsequunf bonoz pfirmationē. hec aūt sunt duo. i. distinctio ordinum. et psequēs ministeriū. iō bps bz duas. In pria agit de angelicoz ordinū distinctiōe. In scda de angelorum misterio et missiōe infra dist. x. Hoc etiā inuestigādū est tc. Pria ps bz duas ptes. In pria agit de distinctōe ordinū q̄tū ad pprią pdition̄e. In scda vero q̄tū ad repationē. ibi. Notādū etiā q decim' ordo tc. Prima ps bz q̄t tuor ptes. In prima determinat q̄liter angelor ordines distinguūf. In scda q̄liter noiank. ibi. Dic psiderādū ē. In tertia determinat qđ sit buj' ordinatōis pncipium. ibi. Jā nūc inq̄rere restat tc. In q̄rta vero et vltia determinat modus ibi. Preterea cōsiderari opz tc. Scda vero pars principalis que incipit notādum tc. duas habet. In prima determinat de reparatione ordinum angelicorum facienda. quantum ad gradū. In secunda vero quantum ad numer ibi. Non em̄ iuxta numer tc.

Notandum q̄ ista non sunt dubia lras. sz dz ꝓponit & legi añ qones di. ix. q̄ fuit ad itelligē tiam qō num. No. hoc nomē se raphin q̄z legit i scri ptura p n. & tūc ē plalis numeri neutri gūis. et nāt cetū angeloz il lis ordis Q̄nz scribit p m. & tunc est plis nu merima scu. ge. & sīgat āgelos i illo ordi ne ꝓten tos. Alī q̄n scribit se raph. & tūc ē sin gularis nūeri & ge. ma. & significat āgelus ista. Dz dz ordis vñ. b sera phin di cas sera phinq̄z di sic se raph al mus vel alr. Dic cherubi sanctos cherubi sacra sit cherub almus. Quare b nomia sint ordi nib' an gelorū data.

¶ Ad intelligentiaz aūt eorum q̄ in hac parte dicunt. primo p cedendū est via narratiōis. Scōo vero via inq̄sitōis. Via narratiōis aūt est diffinitiua & diuisiua. & ideo opz hic p̄notare q̄s rundā rerū diffinitiōes & diuisiōes. Oportet igitur p̄mo videre q̄d sit hierarchia. Scōo vero quid angelus. Tertio quid sit ordo angelicus quibus p̄ intellectis. maxia via pcedendi est nobis ad sequentia terminānda. Sciendū igit q̄ p̄ter diffinitionē q̄d nominis qua hierarchia dicitur a hiera q̄ō est sacrum & archos p̄incipatus quasi sacer principatus. vel ordo ipsius hierarchie. beatus Dyony. tres ponit diffinitiones in libr. de angelica hierarchia quarum prima est hec. Hierarchia ē diuina pulchritudo. Pulchritudo vt simpla. vt optima vt cōsummata. vel vt consummatiua. Secūda est hec. Hierarchia ē ordo diuinus. sciētia. & actio deiforme q̄tum possibile est similans & ad indi tas ei diuinitus illumina tiōes ꝓportionabil'r in dei fil'tudinē ascēdēs. Tertia est h. Hierarchia ē ad deū quātū possibile ē fil'tudo & vnitas. ipm bñs scientie sancte & actionis ducem & ad suum diuinissimū deo rem immutabil'r diffinitēs quātū vero possibile est re format suos laudatores. Istarum diffinitionum diitinctio & explicatio potest sic haberi. Quia pria diffinitio est hierarchie increate. due vero sequētes create. Differūt autē. q̄ prima & illarum p̄incipal'r attendi tur penes egressum a deo. sed vltima penes regressuz. Prima autem diffinitio q̄ est hierarchie increate exp̄imit ipaz quantū ad trinitatem & vnitatem. ita q̄ nec trinitas p̄iudicat vnitati nec vnitas trinitati. sz vnitas spectat ad pfectionem trinitatis. & trinitas vnitatis. Ut igitur ostēdatur ibi esse vnitas in trinitate dicit hierarchia est diuina pulchritudo. Pulchritudo enī consistit in plura litate & equalitate. sicut dicit Aug. in lib. de vera re. Ut autem ostendat q̄ pluralitas nō p̄iudicet vnitati dicit. vt simpla. q̄ sic est ibi pluralitas vt tñ nō tollatur vnitatis simplicitas Ut autem ostendat q̄ vnitas non p̄iudicet trinitati siue pluralitati subiūgit vt optima. q̄ sic ē in deo vnitas vtiñ sit suuma bonitas. p quā est pfecta cōicatio & sic plenarū p'alitas. ¶ Postremo vt oñdat q̄ vnitas spectet ad pfectionē pluralitatis & ecōuerso subdit vt ꝓsummata. in quo signat q̄ in trinitate & vnitate ꝓsistit oīmoda & summa pfectio. Scōe vero diffinitiōis intellect' sic pōt haberi. Diffinit enim ibi angelica hierarchia ꝓ egressum a deo. Egredit aūt a deo fm rōnē ymaginis & sil'tudinis sicut & bō. & tō in illa notificatiōe p̄mo describit ipaz hierarchiā egredientez a deo p modū ymaginis. cum dicit. Hierarchia est ordo diuin' scia & actio vt ordo. i. ordinata ptās rūdeat patri & scia fil'o & actio spūs sctō. fm memoriā itelligentiā. & volūtatē. Scōo vero describit q̄tū ad rōnē sil'tudinis. cum subiūgit: deiforme inquātū possibile ē similās &c. & tangit ipa assimilatio quātū ad habitū cū dō deiforme inquātum possibile &c. & q̄tū ad actū cū subinfert & ad inditas ei illuminatōes &c. Sil'tudinis enī siue grē assimilātis act' est sursum ducē. sicut ei' origo ē desursuz descēdere. Tertiā aūt diffinitionē sic possum' intelligere describit enī vt ꝓdictū ē angelica hierarchia p̄ gressuz ad deū p̄incipal'r. Notat igit i ꝓdicta diffinitōe hierarchia p̄ gredies siue p̄ regressus eius. p̄mo q̄tū ad habilitatē. cū dicit hierarchia est ad deū quātum possibile est sil'tudo & vnitas. Secūdo q̄tum ad actualitatē. cum dicit ipm bñs scie sancte & actōis ducem. Tertio q̄tum ad immutabilitatem cū subiūgit. & ad suū diuinissimū deco rē immutabil'r diffiniēs. Quarto ad plenitudinis vberta tē cū subinfert. q̄tum vero possibile ē reformās suos laudatores. in hoc. s. q̄ nō solū sibi sufficit. sz etiā ꝓ' participantes, & gr̄c potēs est alios adiuuare. Et sic p̄z ex p̄dict' diffinitōib' q̄d sit hierarchia tā diuina q̄ angelica. per quaz intellectū elicit q̄dā diffinitio magr̄alis q̄ cōpetit oi hierarchie & nō vni uoce q̄ talis ē. Hierarchia est rerū sacraz & rōnabiliū ordinata ptās. in subditis & debitū retinens p̄incipatum. Hoc aūt nō solum cōpetit hierarchie angelice. sz etiā ecclesiastice vel būane. de qua nihil ad p̄nS. sz solum de hierarchia angelica. Et q̄m hec nō pōt cognosci nisi cognoscat quid sit angelus. ideo p̄notandum est & angeli diffinitiones. Angel' aūt sic notificatur a damas. angel' est substa incorpea intellectualis. semp mobilis arbitrio liba. deo mistrās. gr̄a nō natura imortalitatē susci piens

¶ Quid appellet ordo. & q̄l'r āgelos ordines noiant & q̄ sit rō nois cuiusq̄ ordis. ¶ Hic p̄sidrādū est q̄d appellet ordo. Deinde vtz ab ipa creatōe fuerit distinctio illoz ordinū. Ordo angelorū dr̄ multitudo celestiū spirituū q̄ inter se in aliq̄ mūere gr̄e similant. sicut & i naturaliū datoz munere ꝓueniunt. Et verbi gr̄a. Seraphin dicunt q̄ p̄ alijs ardēt charitate. Seraphin enī interp̄tat ardēs vel succēdēs. Cherubin q̄ p̄ alijs i scia eminēt. Cherubin enī interp̄tat plenitudo scie. Thron' dr̄ sedes. throni aūt vocant (vt be. Greg. ait) q̄ tāta diuinitatis gr̄a replen. vt i eis sedeat deus & p eos iudicia decernat atq̄ informet. Dñ atiōes vocant q̄ p̄incipat' & ptātes trāscēdūt. P̄incipat' dicunt q̄ sibi subiectis q̄sunt agēda disponūt eisq̄ ad explēda diuia misteria p̄icipāt. Ptātes noiant hi q̄ b̄ ceteris potēti' in suo ordie acceperūt. vt virtutes aduerse ei s subiecte eoz refrenēt ptāte. ne hoies tñ tētare valeāt q̄tum desiderāt. Virtutes vocant illi p q̄s signa & miracula freq̄nter fiūt. Archāgeli q̄ maioza nūciāt. Angeli q̄ mīoza. Hec noīa illis nō pp se. sz pp nos eis data sunt. Qui enī sibi noti sūt ꝓtēplatōe nobis inotescunt cognomiatōe. Et noiant singuli ordies a donis gr̄arū q̄ nō singul'r. sz excellēter data sunt in p̄ticipatōe. In illa enī celesti curia. vbi plenitudo boni ē lz q̄dā data sint excellēter. nihil tñ possidet singulariter. Oia enī in oīb' sunt nō q̄dē equaliter. q̄ alij alijs sublimi' possidēt. q̄ tamē oēs hñt. Cuiq̄ noīa dōa gr̄az superiores ordines sublimi' & p̄fecti' p̄ceperit. tñ ex p̄cipuis soztiti sunt vocabula īferiori b' cetera relinquētes ordinibus ad cognomiationē. vt seraphin q̄ ordo excellētissim' estimat tā dilectōez q̄ cognitionē diuinitat & cetera ex tutū dona ceter oīb' sublimi' & pfecti' p̄cepit. & tñ ab excellētiori dono. i. charitate nomē accepit ille supior ordo. Omni' ei donū est ipa charitas q̄ scia. Itē mai' est scire q̄ iudicare. Scia nāq̄ informat iudiciū. Jōq̄ scōs ordo a scōo dono. i. cognitōe vita tis appellat' est. s. cherubin. Ita & de alijs itelligēdū est. Assignat g̃ excellētia ordinū fm excellētiā donorū. Et tñ sicut greg. ait. illa dona oī bus sunt cōia. oēs enī ardēt charitate. & scia pleni sūt. sic & de alijs. Sz superiores alijs excellēti' (vt iā dictū est) ipa acceperūt a q̄b' & noiantur. Etsi greg. In illa summa ciuitate q̄sq̄ ordo ei' rei cēset noīe quā pleni' accepit i munere. ¶ Sz orīt hic q̄ō talis Si q̄s ordo ab illo dono nominat q̄ō pleni' possidet tūc cherubin i scia p̄eminet oīb' q̄ a scia noiatur. Sed q̄ magis diligit plus cognoscit. Tñ enī vt tradit autoritas cognoscit ibi q̄sq̄ quātū diligit. Itaq̄ seraphin nō solū i charitate. sz etiā in scia p̄eminent. Jōq̄ autoritas illa sic vr intelligēda vt ꝓpatio non referat ad oēs ordines. sz ad quosdā. s. inferiores. Ille enī ordo nō plenius seraphin accepit sciam in munere. sz pleni' ab alijs ordinib' q̄ sunt iferiores. Nec nomiatur q̄sq̄ ordo ab oī re quā pleni' ab alijs accepit. sed ab aliq̄ re quas accepit. Vel pōt cōparatio referri nō ad ipsos ordines sz ad alia dona. nec ad omnia alia dona: sz ad q̄dam Sicut enī homies cuz plura

quedā ozat̄ grecos.

Expla

nano

ritatis,

Hic de

rcmin

dem.

pieno. Diosi. aūt alis diffinit angelū sic. Angel⁹ est imago dei mānifestatio occulti luxus speculū clarū splēdidissimū imaculatū incōtamnatū. incoinq̄natū suscipiēs sicut ꝓueniēs est totā speciositatē bonitatis ⁊ deiformitatis. ⁊ in se resplēdere faciēs bonitatē silentij qō est in abditis. Differt aūt he due notificationes. q⁹ prima describit angelus ꝗtū ad esse. scda vo nō solū ꝗtuz ad esse ꝫ ēt ꝗtuz ad bene esse. Prime diffinitionis intellect⁹ haberi ꝑt sic describit cū ibi āgelus ꝗtū ad subam ꝗtum ad virtutem. ꝗtū ad opationē. et ꝗtū ad durationē. Suba tangit in eo qō dr. angel⁹ est suba incorpea vtus in boc qō subiungit intellectualis. sp mobilis. arbitrio liberavbi notatur triplex vtus angelica. scz cognitiua opatiua ⁊ impatiua. Cognitiua i boc q̄ dr intellectualis operatiua in boc q̄ dr semp mobilis q⁹ sine fatigatione ꝑt operari. ꝫ imperatiua in boc q̄ dr ar. li. quā non opz distingui ab alijs predictis in re. sed sufficit q̄ distinguatur rōe. Operatio vo tangit cū dr deo mistrās Duratio cuz subiungitur gratia nō natura immortalitatem suscipiens. Vocatur aūt hic gratia non aliquis habitus gratisdatus ꝫ gra dr gratuita dei influētia. Intellect⁹ autem scde diffinitionis sic potest haberi. Diffinitur nāq̄ ibi angelus non solum ꝗtum ad esse nature sed etiā ꝗtum ad bñ esse ⁊ iō notificatur hic angelus inq̄tum bz dei imaginem per naturam inq̄tuz bz silitudinē per gratiam inq̄tū bz deiformitatē p gloriā. Rō aūt imaginis exprimit ꝗtū ad duo. scz ꝗtū ad id qō sursuz est. et ꝗtū ad id qō deorsum est. Primū tangitur cū dicit. Angelus est imago dei. Scōm cū subiungit manifestatio occulti luminis. Imago em̄ est inquātum dei capax est. ⁊ particeps esse pōt: sed manifestatio luminis est inq̄tū illuminationes quas suscipit inferioribus ostēdit. Silr ꝗtū ad silitud inē gre describit ꝗtū ad duplicē respectū. ad sursum p posi habeāt dona q̄dā alijs excellēti⁹ possidēt. Ita sorte ⁊ angeli quibusdaz muneribꝰ magsi pollēt ⁊ alijs quibusdā min⁹.

Determinat qō sit hui⁹ ordinatiōis principiū. vtz. s. ordines ab initio creationis ita distincti fuerint. c

Jā nūc inq̄rere restat vtrū isti ordines a creatiōis initio ita fuerint distincti. Qz ita fuerūt distincti a p̄mo ordio sue cōditiōis vī testimonio autoritatis insinuari q̄ tradit de singulis ordinib⁹ aliquos cecidisse de ordie nāq̄ supiori luciferille quo nullus dignior odit⁹ fuit. Apls ēt p̄ncipat⁹ ⁊ ptātes tenebraz noīat ostēdēs de ordinib⁹ illis cecidisse q̄ cū in malis misteriū exercearent nō tñ penit⁹ noīb⁹ ordinū suoz priuati sunt. Sz nō vī illud posse stare. nō em̄ tūc charitate ardebāt. nec sapia pollebāt. neq̄ i eis de⁹ sedebat. Si em̄ hoc habuisset nō cecidisset Non ergo tūc erāt cherubin: vl seraphin vel throni. Ad qō dicim⁹. q⁹ afi casuz quorūdam nō erāt isti ordies. q⁹ nōdum habebāt dona i quoz pticipatiōib⁹ ꝓueniūt. Sz q̄busdā cadētib⁹ alijs apposita sunt eisq̄ q̄ ceciderūt collata fuissent ea dē dona si pstitisset. Jōq̄ scriptura dicit de singulis ordinibus aliquos cecidisse. nō q⁹ fuissent in ordinib⁹ ⁊ postea corruerūt sz q⁹ si pstitisset eoz aliq̄ in singulis fuisset ordinib⁹ q̄ ⁊ in nature tenuitate. ⁊ i forme perspicacitate differentes grad⁹ habebāt sicut illi q̄ pstiterūt. Alij eīvt p̄dixim⁹ superiores alij inferiores ꝺditi sunt. Superiores q̄ natura magis subtiles ⁊ sapia magis pspicaces iferiores q̄ natura minus subtiles ⁊ intelligētia min⁹ pspicaces fcti sunt. Has aūt in uisibiles dr̄as uisibiliū. sol⁹ ille pōderare potuit q̄ oia in numero ⁊ mēsura ⁊ pōdere disposuit. i. in seipso qui est mensura omni rei modū p̄figēs. ⁊ numerus omni rei speciē pōbēs ⁊ pōdus omnē rem ad stabilitatem trahens. id est terminans. ⁊ formans. ⁊ ordinās omnia.

Determinat hui⁹ ordinatiōis modū vtz. s. oēs āgeli eiusdē ordis sint eq̄les. d

Preterea considerari opz vtz oēs āgeli eiusdē ordis eq̄les sint. Jta ese q̄busdā placuit sz nō est ꝺ pbabile nec assertione dignū q⁹ lucifer q̄ fuit ꝺ collegio superiorū. ipsis etiaz dignior extitit q̄ alijs excellētiores creati fuerant. Ex quo percipit q̄ si perstitisset in ordine superiori fuisset. et talis eiusdē ordinis dignior extitisset. Sicut enim est vnus ordo apl̄oz. ⁊ alter martyrū ⁊ tamē in apostolis alij alijs sunt dignores. similiter ⁊ in martyribus alij alijs sunt superiores ita ⁊ in ordinibus angeloz recte creditur esse.

De repatiōe ordinū angelicorū quantum ad graduz quomodo. s. dicat scriptura ꝺ cimū ordinē ex hoīb⁹ cōpleri. cū non sint nisi nouē ordies. e

Notādū etiā q̄ decim⁹ ordo legit de hoībus restaurandus. Sed cuz non sint nisi nouē ordines. nec plures fuissēt etiā si illi q̄ ceciderūt perstitissent. mouent lectores quō scriptura dicat decimū ordinem cōpleri ex hoībus. Greg. nāq̄ ait homines assumēdos in ordine angeloz. quoz alij assumunt in ordine superiorum qui sc̄z magis ardēt charitate Alij in ordine inferioz qui. s. minus pfecti sunt. Ex quo apparet nō eē de hoībus formādum decimū ordinē. tanq̄ nouem sint angeloz et decimus hoīm sed hoies p⁹ qualitate meritoz statuēdos in ordinibus angeloz. Qō ergo legit decimus ordo complēdus de hoībus ex tali sensu dictū fore accipi pōt quia de hoībus restaurabitur qō in angelis lapsum ē de q̄bus tot corruerūt vt posset fieri decimus ordo. Propter q̄ apl̄s dicit. restaurari oīa in xp̄o que in celis et q̄ etiā in terris sunt: q⁹ p xp̄m redēptum est genus humanū de quo fit reparatio ruine angelice. tñ nō min⁹ saluarēt hō si angelus nō cecidisset.

De reparatiōe ordinuz angelicoz quātum ad numerū

tionē ad deorsum p priuationē ꝓparatio ad sursuz tangit cū dr speculū clarū splēdidissimū. vbi notat q̄ gra desursuz veniēs naturā ꝓseruat. naturā decorat. naturā ꝓfirmat. et ꝗtū ad hec tria dicit. speculū clarū splēdidissimū. Cōpatio vo ad id qō decorsum ē p modū pationis notat cū dicit imaculatū incōtaminatū incoinq̄natum. p q̄ tria remouet triplicē fcditatē ab angelo que repugnat gratie. Primo fcditatē actam. ⁊ hec est fcditas actualis. ⁊ remouetur per hoc qō dicit immaculatum. Scōo fcditatē adherentē siue aduenientem. ⁊ hec est fcditas venialis ⁊ remouetur per hoc quod dr. inconta minatū. Tertio remouet fcditatem contractam. ⁊ hec est fcditas originalis ⁊ remouetur p hoc qō dr incoinquinatū. Silr deiformitas glorie tangitur sm duplicē cōparationez sc̄z ad id qō sursuz ē ⁊ ad id qō deorsum est. Ad id quod est sursum p hoc qō dicit suscipiens sicut ꝓueniens est totā speciositatem bonitatis ⁊ deiformitatis. Comparatio em̄ ad deū deiformis effitur cū speciositatē a do suscipit. Cōparatio vo ad id qō inferi⁹ est notat cū dr ⁊ i se resplēdere faciēs bonitatē silentij. qō est in abditis. hoc aūt est dū refulgentia diuine bonitatis quam ipse bz ostendit alijs. Hoc autē vocat silētium quia nemo potest in time deo cōiungi quin in illo quietet. ⁊ quin omis strepitus exterior q̄escat ⁊ iō vocat silētiuz in abditis. Et sic pz quid sit hierarchia. ⁊ quid sit etiā angelus. Tertio restat videre quid sit ordo angelicus. Diffinitur autē sic a Bre. et in lra adducitur hec diffinitio a magistro Ordo est multitudo celestium spūum q̄ inter se aliquo munere bñe simlant sicut ⁊ in naturalib⁹ donorum pticipatiōe ꝓueniūt Hui⁹ notificatiōis explanatio in promptu est. Notificatur em̄ hic ordo quātum ad suum fundamentū ꝗtū ad suū cōplemētū ꝗtū ad dispositionē q̄ inter hec mediū tenet locū. Fundamentū tangit cuz

per silē oñdit si oēs eiusdem ordis pares esse

Lege 2. p.

dicit. Ordo est multitudo celestiū spūum. ordo enī fundat in natura. Cōplemētū vo tangit in b q dicit. q inter se alicj mūere gre similant. ordo enī cplemētū bz a gra. Dispositio media inter vtrūq notat i b q dr. sicut i naturaliū donoz ptipatione ꝓueniūt. qz meliora naturalia disponūt ad maiora gratuita. Ex pdictis notificant nobis illa tria q pus ppositā sunt fm descriptiōes ꝓuenientes qs facile esset ꝟz topicū calūniari. t destruere ꝟz omittēdū est qz valde pax vtile ¶ Post b ad diuisiones pcedendū est. sunt aūt diuisiones tres pnotāde ad faciliorē explicationē distinctiōis angelicoz ordinū. Pria ē b bierarchiaz. alia supcelestis. alia celestis. alia subcelestis. Scōa b est Bierarchiaz celestiū. alia supior. alia media. alia inferior. siue q idē ē. alia epbania. alia yppbia. alia ypopbia. Tertia b est. qz ordo pme bierarchie triplex est. s. serapbin. cherubin. et throni. Ordo scōe bierarchie silr triplex est ꝟz btūm Dio. dñationes ptātes t vtutes ꝟz gre. t ber. dñationes ꝑncipat'. t ptātes. silr tertie bierarchie triplex ē ordo ꝟz dio. ꝑncipat'. archāgeli t angeli. fm gre. t ber. vtutes. archāgeli t angeli. ¶ Pria diuisionis manifesta ē rō t itelligētia. Qm enī bierarchia nō est nisi in sba intellectualis. Hec aūt est triplex. diuina. s. angelica t būana. iō triplex distinguit bierarchia. t diuina dr supcelestis angelica celestis. būana aūt subcelestis.

Deute. xxrij. Quidā dicūt ꝟz numerū lapsoz angelorū boies reparādos.

Scōe aūt diuisiōis rō t manifestatio ē duplex. vl fm ea q cēntialr respiciūt bierarchiā. q sunt ordo. scia t actio. vl fm stat' t officia. Si ꝑmo mō sic triplicē opz cē bierarchiā. Una penes sciam. t b ē supma. Altera penes ordinē. t b est media. Tertia vo penes actionē. t hec ē infima. Pria enī bierarchia ꝑncipaliter attendit penes sciam diuinā. media vo penes potētiā ordinatā. tertia vo penes actionē administratiuā. Si vo fm statū t officia. sic silr oz esse tres. Nā q dā est stat' ꝓtēplatiuoz. q dā actiuoz. q dā platoz. Penes statū ꝓtēplatiuoz est bierarchia supma. penes statū actiuoz ē bierarchia infima penes statum mediū. s. platoz assignat bierarchia media. Tertie aūt diuisionis rō t explificato ex rōe scōe diuisiōis bz ortū. Qz enī supma bierarchia fm vtrūq modū accipiēdi attēdit i sciat statu cōtēplationis q ꝓsistit in ꝓuersione ad deū. iō cū ad ꝓuersionem necessario req rat triplex act' t triplex donū. s. tētionis. cognitiōis t dilectiōis. iō triplex ordo ibi ponit. Quātuz ad pfectā tentionē est ordo thronoz q̄tū ad pfectā cognitionē ē ordo cherubin. q̄tū ad pfectā dilectionē ordo seraphin. t hoc bz ex suis interptationib'. Qz igit tā ꝑma rō q̄ scōa ꝓbēdit hec tria. iō oēs tractatores in hac distinctione ꝓcordāt. s. Dio uy. q distiguit bierarchias penes cēntialia. t Bre. q distiguit penes officia. Silr subdiuisio scōe bierarchie pēdet ex duplici rōe passignata. Dictū ei ē q scōa bierarchia vno mō accipit penes ordinē siue ordinatā ptātez. bz enī suba ordinari mediāte potētia. Perfectio aūt vtutis siue potetie ꝓsistit in trib'. s. in plidēdo t penes boc attendit ordo dñationū. In resistēdo t penes b ordo potestatū. Et in opando. t penes boc est ordo virtutū. Et ordināt bi ordines fm maiorē dignitatē t minorē qz plus ē plidere q̄ repugnare. t repugnare q̄p se opari posse iō recte sic ordinant ordines medie bierarchie a Dio. vt primo ponant dñationes. scdo ptātes t tertio vtutes. Si aūt scōa bierarchia sumat penes statū mediū. s. platoz. sic silr tres bz ordines fm triplicē plationē angeloz. Presunt enī angeli angelicis spiritib'. t ibi dñr dñationes. Presunt ēt bonis boib'. et bi dñr pncipat'. Presunt ēt demonib' t bi dñr ptātes. t sic pz ordo fm dignitatē plationū. qz enī plus ē plidere angel' q̄ bonus t bonis boib' q̄ demonib'. iō primo dnationes. scdo pncipatus t tertio ptātes enūerant a Bre. t a Ber. Diuisio aūt tertie bierarchie ex duplici rōne passignata depēdet. Si enī tertia bierarchia sumat penes actionē misteriale sic triplex ē ordo angelic' ꝟz q triplr ꝓtingit deputari ad reginē alteri' vl ministeriū. Quidā enī sunt angeli ordinati ad regimen pncipū et bi pncipatus. Quidā vo ad reginē multitudis t bi dñr archāgeli. Quidā ad custodiā ꝑsone singularis. et bi dñr angeli. Et sic pz ēt ordo t sufficientia illoz ordinū: qz plus ē plidere pncipi q̄ vni genti pnceps ei ꝑ est toti gēti. Et plus ē deputari ad custodiā multitudinis. q̄ ad custodiā ꝑsone singularis. t p istum modū distinguit t ordiat Diony. Si vo accipiat penes opationē vite actiue. Ro. iij. sic ēt triplex est ordo ꝟz q̄ triplex ē ministeriū. Aut enī misteriū ꝓsistit in operando. aut in docēdo t in docendo aut maiora. aut minora. ꝑmū est virtū. secūdum archāgeloz tertiū angeloz t pz ordo. qz plus est facere q̄ docere siue dicere t reuelare maiora maius ē q̄ reuelare minora. t penes būc modū sumpsit distinctionē tertie bierarchie Greg. t Ber. Ex bis apparet rō baz diuisionū. apparet etiaz diuersificatio inter Greg. t Diony. Qz enī diuersimode distinctionē bierarchiaz ꝓsiderauerunt iō diuisiones ordinū in ipsis diuersimode assignauerunt. sed cum vtrūq boz simul non possit esse verū. scz q pncipat', sit de media bierarchia t infima. t silr virtutes quū ꝓfundant bierarchie t ordines. querit qō istoz sit verius t cui magis innitēdum sit. Et dōm ad hoc. q magis innitēdum est dicto Diony. tū qz ipse didicit sicut dr a paulo. t ita tradidit sicut audiuit. tū qz Bre. in ꝓfirmatione eoz que de hac materia dicit. ipsi' autoritatē induxit. tū etiaz qz sicut ex pdictis pz Diony. distinctionē bierarchiaz sumpsit penes ea q sūt ipis āgelicis spiritib' intrinseca t ēntialia. t iō sic ordines distinxit. sicut bñt collocari in celis. Bre. vo plus pensauit opa t officia. t ideo sic distinguit fm q plus pōt valere ad eruditionē nostrā. nec vnus ꝓtradicit alteri. nec verbuz alterius retractat sed' aliū modū distinguendi assignat. tū propter diuersitatē considerationis in principio. tum propter diuersitatem considerationis in fine.

HD intelligentiā predictoz t eoz que magr dicit in hac vtvia inquisitiua pcedamus circa ordines angeloz que runtur nouē. Primo querit de ordinib' in cōparatiōe ad naturā substratā. Scdo in cōparatione ad cām completiuam. Tertio in cōparatione ad dispōnem pambulaz. Quarto querit q̄tū ad nolationē. Quinto q̄tum ad reparationē. Sexto q̄tum ad prelationis euacuationē. Septimo q̄tum ad numerum. Octauo in cōparatione ad suū oppositum. Nono t vltimo in comparatione ad disparatum.

Questio. j De ordinibus angeloz in comparatione ad naturā substratā. vtrum sz angeli diuersoz ordinum sint diuersaz specieruz per naturam. Et q̄ sic videtur. Multiplicatio angelorū maxime manifestat diuinam potentiam t sapientiā t bonitatem. t maioz multiplicatio spectat ad maiorē manifestationē. sed maioz est multiplicatio q est fm numeruz t speciem q̄ que est solum fm numerum. sed i angelis reperitur vtraq. ergo angelus differt ab angelo fm speciem. sed differunt maxime angeli diuersoruz ordinum.

ergo

ergo vñ q̄ distinguunt fm spēm. ¶ Itē angeli diuersoꝝ ordinum magis differūt q̄ angeli eiusdē ordinis i simplicitate qō est p̄mū attributū. g̃ pari rōe ⁊ in psonalitatis distinctione. g̃ cū angeli eiusdē ordis saltem differāt nūero angeli diuersoꝝ ordinū differūt plus q̄ numero. ſz maioꝝ dīa q̄ ea q̄ est fm numerū nō est nisi ea q̄ est fm spēm. g̃ ⁊c. Si tu dicas q̄ differunt magis aliqua dīa accidētali. sicut aqua diuersoꝝ fontiū magis q̄ aqua eiusdē fontis. Obī ꝺ boc. qꝛ magis differūt i simplicitate essentie: ſz simplicitas essentie nō est accīs angelo cū nullo mō possit intendi ⁊ remitti in eodē angelo. ſz essentialis ppietas. ergo facit essentialr differre. g̃ ibidē qō pr̄. ¶ Itē boc vꝛa fili. cū sint tria gña viuentiū. ſ. vegetabiliū. sensibiliū intellectualiū. in gñe eoꝝ que viuūt vita vegetabili est ponere diuersitatē nō solū fm numerū. sed ēt fm spēm. sicut in plātis. ⁊ filr in gñe eoꝝ q̄ participāt vitā sensibilē. sicut i aialibꝫ ergo pari rōne in bis q̄ participāt vitā intellectualē. sicut i angelicis spiritibꝫ si g̃ est ibi differētia fm spēm. cū maxime attēdatur angeloꝝ dīa in diuersis ordinibꝫ. ps ⁊c. ¶ Itē sicut coꝛpora luminosa sua varietate decorant celū. ⁊ tñ sunt oīa luminosa. ita angeli suo mō decorant empyreū. vñ dr astra matutina. Job. xxxj. sed celi luminaria differūt specie nō nūero solo: qꝛ bñt opationes ⁊ impssiones oīno diuersas ⁊ speciales g̃ pari rōne ⁊ angeli q̄ sunt ornatus empyrei. ¶ Cōtra. Oē qō ē pcul ab origie dispargit: ⁊ qō approximatur origini colligit ⁊ vnitur. sicut ps in numeris. ps etiā in lumine ⁊ in alīs. ſz angeli sunt p̄mi cāe originali oīm. ſ. deo. g̃ debēt bre vnitatē: sed nō p̄nt vniri fm numeꝝ. g̃ debēt fm spēm cōpletā. ¶ Itē ꝓtinget reperire spūalem fm ue rōnalē naturā ꝓiunctā ⁊ separatā ſz ꝓiuncta nō est nisi vni⁹ speciei. g̃ nec separata. Si tu dicas q̄ b̄ venit ex pte coꝛpis. boc nihil est: qꝛ nō aīa ppter coꝛpus. ſz coꝛpus ppter aīam. Et iterum. quid impediret coꝛpora fm speciē diuersa fuisse facta ab initio. si cōgrueret spūs rōnales esse ſz species diuersas. ¶ Itē angeloꝝ multitudo facta est ad illi⁹ ciuitatis plenitudinē ⁊ decoꝛes. sed in illa ciuitate maxime attenditur vnitas ⁊ nexus ⁊ conformitas. ergo cū conformitas vnius nature faciat connexionē in charitate ⁊ ipsam adiuuet. ppter qō etiā vr sancti dicunt. deus voluit nō tm̄ boues facere similes. sed etiam omnes homines ex vno homine. ergo videtur ⁊c. ¶ Item angelica natura est caput vniuersi. ergo cū caput sit ratione vnius speciei. non vni⁹ indiuidui. ⁊ caput ⁊ status ꝺz esse in vno sicut arcba consummata est in cubito. ergo maxima ꝺz esse vnitas. ergo ⁊ fm speciē. ¶ Item ruina angelica reparatur per bolem qui est idē specie: si ergo competēter ⁊ congrue reparatur. videtur q̄ oēs ruentes fuerunt vni⁹ speciei: sed quolibet ordine sunt lapsi: ergo oēs eiusdem speciei.

6 ¶ Rñ dōm q̄ circa boc duplex est opinio ⁊ vtraq; probabilis Una est q̄ in angelis est diuersitas fm speciē ⁊ etiam fm genera subalterna. vt hierarchia sit quasi vnum genus. et ordines tres faciāt species. ad boc ponendum moti sunt. Tū propter diuine bonitatis ostēsionē. tum propter simile in alīs creaturis. tum etiā propter gradus repertos in ipsis angelis. Cum enim angeli eiusdē ordinis aliquo mō se excedant. videtur q̄ angeli diuersoꝝ ordinū ⁊ hierarchiarum adeo se excedant q̄ etiā habeant in specie. ⁊ in genere diuersitatem. Alia positio ē q̄ angeli omnes sunt eiusdē nature. tū ppter vnionē illi⁹ ciuitatis. tum ppter vniuersi pfectionē. Licꝫ aūt vtraq; barū positionū habeat pbabilitatē. qꝛ tñ p̄ scripturā nō inotescit nobis diuersitas opationū. Et videt q̄ illi q̄ aggressi sunt bāc materiaꝫ determiare[ficut Dio.]diuisa inspiratiōe cognouerint. et offīi ⁊ naturā ⁊ ipsi dicunt q̄ oīa que sunt oīm ordinū in omnibus reperiant. ſz magis excedenter in vno vr magis tbeologica ⁊ probabilis positio: nisi occurrat manifesta autoritas in ꝓtrarium. q̄ oēs angeli sint eiusdē speciei. sicut ⁊ oēs boues. ⁊ quēadmodū in bobus sunt gradus ⁊ ordines. ⁊ quo ad naturalia. ⁊ quo ad officia cōmissa siue dignitates. ⁊ quo ad gratuita. salua tñ vnitate spēi. sic intelligenduꝫ est in angelis. Ad

7 ꝓcedēde sunt rōnes ad bāc partē inducte. ¶ Ad illud qō obī citur de manifestatione. dōm q̄ de'nō manifestat bonitatē nisi saluo ordine sapie ordinātis mundū. ⁊ salua ppietate nature. filr salua ꝺdecentia ⁊ pfectione ciuitatis supne. Cum igitur creatura cōpletioꝝ in mūdo dat ei ꝺsummationē. iō vna est in specie. Rursus qꝛ supremū ⁊ optimū angeli[qō est deiformis intellectus]vnus est nec ꝺz cōiunctionē cū inferiori. iō natura angelica debꝫ esse vna. Rursus qm̄ illa ciuitas ꝺz esse vnita ⁊ pfecte restaurata. iō ꝺz esse vna ⁊ be rōnes p̄nt assignari suo mō circa boues. si q̄s aūt vellet p̄ boc ostēdere q̄ boues ⁊ angeli essent vni⁹ spēi dicem⁹ q̄ angeli nō cōiungunt bobus vnitate nature: ſz obiecto bñficētie. ⁊ bō filr angelo. qꝛ ille istū adiuuaꝫ iste illū repat. qō si cēt si cēnt eiusdē nature. ⁊ iōvtrūq; cōuenit ciuitati supne. ¶ Ad illud qō obī de magis ⁊ mīn⁹. dōm 8 q̄ intēsio ⁊ remissio fm ppietates inſepabiles nō variant speciem p se. ⁊ si aliqñ ꝓcomitent diuersitatē spēi in bis formis q̄ ꝓcernūt diuersaꝫ mixtionē elementoꝝ. q̄ attendit fm qualitates actiuas. sicut ꝺ calidus in q̄rto gradu differe a calido in p̄mo. simplr tñ loq̄ndo nō ꝺz veritatē. qō ꝑz qꝛ maioꝛ est intensio ⁊ gradus in gratiis ⁊ p̄mijs q̄ i naturalibꝫ ppietatibꝫ ⁊ tñ nō differt spē. ſz solū accīte. nec valet si nō intendit in eodē. g̃ est cēntialis. sicut nec de glia. ¶ Ad illud qō obī p̄ filē de alijs 9 viuentibꝫ ⁊ de luiaribꝫ ps rñsio q̄ nō ē filr. nec in re nec in rōne. In re nō. qꝛ illa bñt diuersas opationes specificas. nō sic angeli. In rōne nō qꝛ illa sunt ordīata ad diuersas necessitates angeli vꝺ oēs ad vnū p̄ncipale. Rursus i vita ꝓtēplativa vnitas. ⁊ in activa multiformitas. ⁊ bītatio angeloꝝ ē vniformis ⁊ p̄terea magis distāt ab vno ⁊ summo ⁊ summe. ergo ⁊c.

Questio. ij. Que sit distinctionis ordinū principalis cā. vtrum scz sit a natura vel a gratia. Et q̄ a natura videtur per illud qō dicit magr in lra. Superiores sunt q̄ natura sunt magis subtiles ⁊ intelligentia amplius perspicaces. ergo si ordo attendit fm sub ⁊ supra. videt q̄ ordo angeloꝝ sit a natura. ¶ Item supra dist. iij. in ꝓordio sue conditionis alij superiores alij inferiores dei sapientia cōstituti sunt sed quod habuerunt ab ꝓordio sue cōditionis est eis naturale. ergo distinctio ordinum est in eis a natura.

¶ Item quecūq; deus facit a primaria cōditione. facit in modo specie ⁊ ordine. ita q̄ ista sunt naturalia vnicuiq; ergo nobilissimā creaturam: scz angelicam a principio sue cōditionis debuit facere in perfecto modo specie ⁊ ordine. si ergo boc est a natura quod est eis ab initio inditū. ꝑz ⁊c. ¶ Item gratie gratū faciens est vnire ⁊ assimilari. si ergo quod est principiū vniendi nō est principium ordinis distinguendi. videtur q̄ distinctio ordinū nō sit a gña. sed est a gña vel a natura. ergo ⁊c.

¶ Contra boc obīcit per diffinitionē ordinis quā magr ponit in littera. Ordo est multitudo celestiū spūum quiter se aliquo munere gre similantur. ergo videtur q̄ absq; munere gre in angelis nō sit ordo. ¶ Itē supmus oīm ordinū est ordo seraphin sed ordo seraphin est ab eminētia dilectionis ⁊ charitatis. ergo p̄ius ⁊ p̄cipuus ordo est a gña. si ergo oēs alij ex illo pendent. videt q̄ nullus ordo in angelis sit sine dono gratie. ¶ Item tbroni dicūtur sicut dicit Brego. quia tāta diuinitatis gratia replētur vt in eis sedeat deus. si ergo deus non dicitur sedere nec inbabitare nisi per gratiā gratūfacientem. ergo ordo tbronoꝝ non est nisi a gratia. ergo pari ratione videtur de alijs. ¶ Itē deus nō p̄fert bolem homini propter naturalia. sed ppter merita. ergo si distinctio ordinum est fm diuinā acceptationē. non est fm naturalia. sed fm gratuita.

ria situ. Et q̄ illa materia corporaliū habuerit situ. videt Hug.
de sctō victo. Erat terrenū hoc elementū mediovno loco subsi
dens. ceteris in vnā cōfusione pmixtis circūquaq; in modum
nebule expansis, sz hoc nō potuit esse absq; situ corporali ergo
⁊c. ¶ Itē q̄ repleuerit locū videt. q: celū empyreū sicut dicit
Beda. cū ipsa materia corporaliū fuit creatū. sed constans est
q̄ empyreū intra concauitatē suaꝝ natū est ois corporalia alia
continere. ergo vel erat vacuū. vel ab illa mole corporea reple
batur: sed natura non sustinet vacuū. ergo videt q̄ moles illa
replet locū. ¶ Item videtur q̄ haberet sursum ⁊ deorsum. q:
summitas eius sicut dicit Hug. porrigebat quouisq; nūc sum
mū creature corporee pringit ergo erat ibi circūferentia ⁊ cen
trum. ¶ Item materia illa sicut magr dicit in ıka. in partibus
superioꝝ erat rarior. leuior ⁊ subtilior. in inferiori pte spis
sior ⁊ grossior. ergo erat ibi grauitas ⁊ leuitas: sed fm has p
prietates corpora hñt locari sursum ⁊ deorsum. ergo redit idē
qō prius. ¶ Ad oppositū. Nihil est per se in loco nisi qō est hic
⁊ nūc. ⁊ nihil est hic ⁊ nūc nisi qō est hoc aliquid ⁊ nihil est hoc
aliquid nisi quod est indiuiduū. ⁊ omne tale est ens cōpletum
ergo a primo ad vltimū nihil est i loco nisi quod est ens cōple
tum. sed materia illa nō erat ens cōpletū. ergo i loco nō habe
bat situ. ¶ Itē q̄ nō repleret locū vz. Nihil inane ⁊ vacuū re
plet locū: sz materia illa erat inanis ⁊ vacua. sicut dr i pncipi
Beñ. ergo locū nō replebat. ¶ Itē q̄ nō haberet differētias
positionis fm sursum ⁊ deorsum vtrūq; iste sunt positiones fm
quas distinguunt ⁊ ordinant diuersa corpora mūdi in vniuer
so: sed tūc non erat ibi distinctio nec ordo. ergo nec hmōi erat
ibi diuersa positio. ¶ Itē grauitas ⁊ leuitas sunt pprietates
pfites formas elemētares: sz in materia illa nōduz erāt forme
elemētares. q̄ nec erat ibi graue nec leue q̄ nec sursuz nec deor
sum cū he positionis differētie attendant fm illas pprietates
31 ¶ Rñ. dicēdum q̄ cū materia illa esset moles habens extēsio
nem. ⁊ celum empyreum haberet ambiens. q̄ ipsa in loco erat
⁊ cū esset substantia corpulenta locū replebat. Rursus cum in
partibus distinctionē quādam haberet fm subtilitatez ⁊ gro
ssiem: sed semiplenā sic etiā positiones fm sursum ⁊ deorsum
quodāmodo. sed impfecte habebat. ⁊ ideo pcedēde sunt ratio
nes que ad istā partē inducte sunt. ¶ Ad illud ergo qō obr in
contrariū q̄ nihil est in loco nisi ens completum. dicēdum q̄ 32
est falsum si intelligatur de completione perfecta Embrio enī
in loco est q̄uis sit quid incompletum. Nec valet illa deductio
peccat enī in hoc q̄ dicit q̄ omne quod est hoc aliquid est com
pletum. hoc enī falsum est. nam ipsum indiuiduū ⁊ forma indi
uidualis habz esse completum ⁊ minus completum. ¶ Ad illō 33
quod obiicit q̄ nō replebat locū. quia erat inanis ⁊ vacua. Di
cēdum q̄ vacuitas loci ⁊ vacuitas materie est equiuoce dicta
Vacuitas enī loci est per priuationē corporis pztenti. sz vacui
tas materie est per priuationē forme ⁊ complemēti. ¶ Attend 34
dendum tñ q̄ sicut locus dupl'r dicitur vacuus. Aut propter
per priuationem ois corporis. Aut large fm vulgarē modum
per priuationē corporis solidi ⁊ sensibilis. sicut dr arcba vacua
pter abūtiam panis. ⁊ dolium vacuū pter abūtiam vini. sic
etiā intelligēdum est in vacuitate materie q̄ dr dupl'r vacua.
aut q: nō habet aliquā formā. ⁊ sic nunq̄ fuit vacua. aut q: nō
habuit formā oīmode pfectiuam. ⁊ sic q̄uis esset vacua. tñ lo
cum poterat replere: q: erat extēsa ⁊ corporea. ¶ Ad illud qō 35
obiicitur q̄ nō habebat sursum ⁊ deorsum. q: carebat ordine ⁊
distinctione ⁊ clemētari pprietate. ¶ Ad illas duas rōnes sil'
dicēdum est. q̄ sicut illa tria ppositā nō habebat nisi impfecte
⁊ semiplene rōne cuiusdā inclinationis ⁊ longinq̄ dispositiōis
sic ⁊ sursum ⁊ deorsum nō habebat ppie. habebat tñ quodā
modo. s. incōplete ⁊ pter quasdā dispositōes quas habebat
ad graue ⁊ leue. dicit enī magr leuiorē fuisse in superiori par
te ⁊ grauiorē in inferiori. nō q̄ istas pprietates pfecte partic
paret: sz in quadā longinqua et pcābula dispositione. sicut su
pra ostēsum est exposse siue ex parte.

Distinctio. xiij ✦ De pductione creature corpo
ralis q̄tū ad pncipiū formā
le. gñale oībus corporibus quod est forma lucis. Et dr hec p
ductio distinctio.

Prima aūt distinctiōis opatio ⁊c. Supra egit
magr de pductione nature q̄tū ad pncipiū
materiale. in hac vo pte intēdit agere de eius
cōpletione siue formatione q̄tū ad pncipiuz
formale. Et qñi duplex est informatio mate
rie corporalis. quedā generalis quedā specia
lis. Gñalis per formā cōem omnibus corporibus ⁊ hec est for
ma lucis. Specialis vo per alias formas siue elementaris si
ue mixtionis. Ideo magister primo agit de formatione siue pduc
tione lucis. in hac. s. distinctione. Secūdo vo agit de pduc
tione cuiuslibet alterius forme corporalis infra distin. xiij.
Dixit quoq; deꝰ fiat firma ⁊c. Vel aliter. vt primo agat de eo
qō est gñale pncipiū diffundēdi in corporibus. hoc est de lu
ce. Secōo vo de specialibus formis distinguētibus. Primum
spectat ad opus prime diei. Secūdum vo ad opa dierum con
sequētium. Diuiditur aūt pars ista in tres. In prima deter
minat de lucis pductione in se. In scōa in comparatione ad
eius effectū sz diē quē faciebat. ibi. Hic notādum est q̄ dies
diuersimode accipitur. In tertia in cōparatione ad eius prin
cipium. s. ad verbum per quod fiebat. Preterea inuestigandū
est quomodo accipiendū sit ⁊c. ¶ Prima pars habet tres par
ticulas. In prima determinat qñ lux illa facta fuit: quia ante
omnia alia. In secunda vo qualis fuerit ibi. Sed queritꝰ qua
lis illa lux. In tertia vo vbi facta posita fuit ibi. Si aūt que
ritur vbi facta est lux. ¶ Similiter secunda pars principalis
tres habet particulas. In prima determinat de ipo effectu lu
cis siue de die quātum ad spacium. In secunda quantum ad
modum distinguēdi. ibi. Hic est naturalis ordo distinctionis
dierum. In tertia quātum ad complemētum ibi. Solet autez
queri quare factus est sol. ¶ Similiter tertia pars in qua de
terminat de lucis formatione per comparationem ad suū prin
cipium quod quidem est pater operans per verbū habet tres
partes. In prima explanat qualiter intelligēdum sit q̄ deus
dixit. fiat. ibi preterea inuestigandum est ⁊c. In secūda expla
nat illud quod dixit scriptura scilicet patrem in filio. ⁊ per fi
lium operari. ibi. Hic queri solet quomodo accipiendum sit.
In tertia vero remouet opinionem hereticoꝝ insinuans aliā
esse expositionem verbi predicti. ⁊ hoc facit ibi. Sed dicit he
reticus hac ratione hoc posse ⁊c.

Determinat qñ lux facta fuit. qz ante oĩa alia. a

Dis. xiij

Gen. j.

Rima aũt distictiõis opatio fuit formatio lucis sic oñdit scriptura geñ. q̃ ꝺmẽo rata rerũ informitate eaz dispõnez a luce inchoauit subdẽs. Dixit de⁹. fiat lux. ⁊ facta est lux. ⁊ diuisit lucem a tenebris. Appellauitq; lucẽ diez. ⁊ tenebras nocte. Et factũ est vespere ⁊ mane dies vnus. Cõgrue mũdi ornatus a luce cepit. vñ cetera que creãda erant viderentur.

Qualis fctã fuerit lux illa corporal' an spũal'. b

Augu. Delpũa li luce.

Si querat qual' illa lux fuerit corpalis. s. an spũal'. Id rñdem⁹ qõ legim⁹ traditũ. Dicit ei aug. qz lux illa corpalis vel spũalis intelligi põt. Si spũalis accipit angelica natura itelligit. q̃ prius informis fuit. sz postea formata est. cũ ad creatorẽ ꝺuersa ei charitate adhesit. Cui⁹ informitas creatio supi⁹ sig̃ta est. vbi dictũ ẽ. In ꝓncipio creauit de⁹ celũ ⁊ terrã. Hic vo eiusdẽ formatio oñdit cũ ait. fiat lux ⁊ facta est lux. Hec g̃ angelica natura prius tenebre ⁊ postea lux fuit. qz prius habuit informitatẽ ⁊ imperfectionẽ. deinde formatiõis pfectionẽ ⁊ ita diuisit de⁹ lucẽ a tenebris. nã vt ait aug. sup Ge.

Aug.

Hic de corpora li luce.

Hui⁹ creature informitas ⁊ imperfectio fuit añq̃ formaret i amore cõditoris. Formata vo ẽ q̃ cõuersa ẽ ad incõmutabile lumẽ vbi. Si vo corpalis fuit lux illa qõ vtiq; ꝓbabile ẽ. corp⁹ lucidũ fuisse itelligit velut lucida nubes. qõ nõ de nihilo: sed de ꝓiacẽti materia formaliter factũ ẽ vt lux esset et vim lucẽdi hꝫet. cũ q̃ dies ꝑma exorta ẽ. qz añ lucẽ nec dies fuit nec lux. sz tps fue

Vbi lux illa facta ⁊ vbi posita fuerit. c (rit.

Si aũt querit vbi est facta lux illa. cũ abyssus oẽm terre altitudinẽ tegeret. Dici põt i illis ptibus facta quas nunc illustrat solis diurna lux. Nec mirũ lucẽ in aqs posse lucere. cũ etia nautaz opatiõe sepi⁹ illustrẽt qui i ꝓfundũ mersi misso ex ore oleo aqs sibi illustrãt: q̃ multo rariores fuerũt in principio q̃ modo sunt. qz nondũ cõgregate fuerãt i vno loco. Facta ergo lux illa: vicẽ ⁊ locũ solis tenebat: q̃ motu suo circũagitata: noctẽ diemq; discernebat. Ibi ergo primũ lucẽ apparuisse verisimile est: vbi sol quotidiano cursu circũuectus apparet vt eodẽ tramite lux circũcurrẽs ac primo ad occasuz descẽdens vesperã faceret. deinde reuocata ad orũ auroram. i. mane illustraret. ⁊ ita diuisit de⁹ lucẽ ⁊ tenebras: ⁊ appellauit lucẽ diẽ: ⁊ tenebras noctẽ

De effectu lucis siue de die quem faciebat quantum ad spacium. d

Hic notandũ est ꝙ dies diuersis modis accipit in scriptura. Dr ei dies lux illa q̃ illo triduo tenebras illuminabat. ⁊ ꝺr dies illuiatio ipa aeris. Dr ẽt dies spacio. xxiiij. horaz: gliter accipit cũ ꝺr. Factũ est vespere ⁊ mane dies vn⁹. Qñ ita distinguendũ ẽ. factũ ẽ vespere pri⁹ ⁊ postea mane. ⁊ ita fuit dies vn⁹ explet⁹. xxiiij. horarũ. dies. s. natural': q̃ habuit vespera sz nõ mane. Mane ei ꝺr finis ꝓcedẽtis ⁊ initiũ sequẽtis diei qñ est auror: q̃ nec plena lucẽ nec oino tenebras hz. Mane g̃ prim⁹ dies nõ habuit. q: nec dies ꝓcesserat q̃ seqntis diei initio ẽminaret. ⁊ eo ꝓcipue q: luce appente: mor

Qual' distinguí debeat illõ ⁊ factum est vespere et mane dies vn⁹

Beda.

sup terrã plen⁹ atq; ꝓclar⁹ dies extitit q̃ nõ ab aurora sz a plena luce ichoauit ⁊ mane seqntis diei cõsumat⁹ ẽ. Vñ Beda sup geñ. Decebat vt dies a luce iciper et i mane seqnt⁹ diei tẽderet vt opa dei a luce ichoasse ⁊ i lucẽ opleta eẽ sig̃rẽt. Reliq̃ ẽt dies mane habuerit ⁊ ve

spaz: q̃z q̃sq; a suo mane icipiẽs vsq; ad alt⁹ diei mane tẽdebat

De die quantũ ad distinguendi modũ. s. de naturali orꝺine cõputatiõis diez ⁊ de illo q̃ ꝓ mysterio itroduct⁹ ẽ. e

Hic est naturalis ordo diꝺstinctiõis dierũ vt distinguãtur atq; ꝓputent dies a mane avsq; ad mane. Postea vo i mysterio factũ est vt dies cõputẽtur a vespa i vesperã ⁊ adiungat dies ꝓcedẽti nocti i cõputatiõe. ⁊ cũ iuxta naturalẽ ordinẽ ꝓcedẽs dies sequẽti nocti adiũgi debeat. qz hõ a luce ꝓpetuã corruit i tenebras ign̄ãtie ⁊ pctõz. deinde p xp̃m a tenebr: ad lucẽ redijt. Cñ apostolus. Eram⁹ aliq̃n tenebre. nũc ãt lux i dño. Prim⁹ itaq; dies ñ ab aurora sz a plena luce icipiẽs ⁊ p⁹ vesperã paulati occidẽte luce ercipiẽs mãe seqntis diei explet⁹ ẽ. vñ Beꝺ. Occidẽte luce paulati ⁊ post spaciũ diurne lõgitudinis ise riores ptes subeũte: factũ est vespere sicut nũc vsitato cursu sol' fieri solet. Factũ ẽ ãt mãe eadẽ sup terrã redeũte: ⁊ aliũ diẽ ichoãte: et dies explet⁹ est vn⁹. xxiiij. horaz: fuitq; nox illo triduo oino tenebrosa q̃ p⁹ creata sydera aliq̃ luce claruit

De die q̃tũ ad cõplemẽtum. s. cur sol factus est si lux illa sufficiebat. f

Solet aũt q̃ri q̃re fact⁹ est sol si lux illa faciẽde diei sufficiebat. Ad qõ ꝺici põt. qm̃ lux illa sorte suptiores partes illustrabat. ⁊ ad illuiationẽ inferioz solẽ fieri oportebat vl' potius tõ q: fctõ sole diei fulgur auct⁹ ẽ. Ampliori ei multo luce radiauit dies postea q̃ añ.

b Si aũt querit q̃d de luce illa factũ sit cũ mõ non appareat. Põt ꝺici ãt de ea corp⁹ solis formatũ aut i ea pte celi eẽ in q̃ sol ẽ nõ q̃ ipa sit sol. sz sic est ei vnita vt discerni nõ valeat.

Quõ accipiẽdũ sit illõ vbũ qõ dixit de⁹. fiat an sono vocis id de⁹ dixerit an al'r. g

Preterea inuestigãdũ est quõ accipiendũ sit qõ ait. dixit deus. fiat. vtrũ tpal'r vl' sono vocis illud dixerit an alio modo. Aug. sup Gen. tradit

a In mysterio factum est vt dico computẽtur a vespera in vesperam. Cõtra bocvidetur q̃ ad iciunij obseruationem oporteret iciunare diẽ precedentem cum nocte sequenti.

Item videt q̃ non congrue significetur mysterium redẽptionis computato die a vespera i vesperam imo potius in prima comparatione dierũ quaꝛ xp̃s a tenebris nos ꝓduxit ad lucẽ. Rñ. ꝺom⁹ duplicẽ modũ cõputãdi diẽ accipimus in scriptura. Prim⁹ in quo dies precedens copulat nocti sequenti ⁊ hoc quidem fuit in prima dierũ enumeratione. in quo vt ꝺr magꝭ pfigurabat lapsus futurus a luce gre in tenebras culpe. Alt⁹ modus cõputandi dies attendit in solennitatum custoditione in quo nox ꝓcedẽs cõnumeratur diei seqnti ⁊ hoc vult dicere a vespera i vesperam. vt ꝓcedat nox et sequat dies. qz eram⁹ alq̃ tenebre. nũc aũt lux in dño. Et qõ obꝫ de obser-uãtia iciunioz ꝺom⁹ q̃ tẽpus iciunij cõpetit tẽpori miserie. ⁊ ideo computatio diei in obseruatiõe iciunij debet fieri fm conformitatem ad distinctionem tpis pmi in quo erat pfiguratio lapsus humani. Et qõ obꝫ q̃ non debꝫ terminari a vespera in vesperam. ꝺom q̃ prima vespera ponitur ibi inchoꝫ est noctis principiuꝫ. ⁊ se cũda inchoꝫ est finis diei ⁊ ita p nocte ⁊ diem. Licet aũt be due distinctiones in scriptura maxime exp̃mant quattuor tñ modis fm diuersorum computationes dies distingui cõsueuerunt. Greci em̃ computant diem a mane in mane. quia tunc primo apparet sol. Hebrei vo a vespa in vesperã. quia tunc incipiunt solennizare. Astronomi vo a meridie in meridiem. quia tũc est sol in maiori virtute. Sãcta ecclesia a media nocte vsq; ad mediã noctẽ. quia tũc natus est xp̃us. vnde versus. Mane diẽ greca gẽs incipit. astra sequẽtes in medio lucis. Judei vespere sctã inchoat ecclia medio sub tpe noctis.

b Si ãt q̃rit q̃d ꝺ luce illa ⁊c. aut ꝺ ea corp⁹ sol' formatum.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

matum.aut in ea parte celi esse in qua sol est. Cōtra primū vī esse falsum q: nō est ordo de pfecto ad impfectum:sed lux illa pfectissima erat sicut dicit Dam. q opa prime diei perfectiora sunt. ¶ Item ter. videf esse ptrarius. dr enī ibi. Vidit deus lucem q esset bona. ⁊ Augu. explanat. vidit. i. placuit voluntati dei vt pro mō sui generis maneret:qō placuit vt fieret:ergo adhuc maneret lux in illa scīpa. ¶ Jtez si sol facī est de illa luce vnde facta sunt alia luminaria. Si tu dicas q de illa luce. tunc videtur q vna pars illius lucis corporis cessit in corpora luminosa que sunt supra solem. ⁊ in corpa luminosa que sunt c infra solem. ergo si nullū corpus habet moueri oppositis motibus. nullum etiā est corpus celeste qō natura bēat moueri motu recto. sed orbiculari videtur q prima luminariū pductio fuerit per violētiam ⁊ preter naturā. Secundū etiā videtur falsuz quia non potest esse in ea parte in qua est sol primo quia duo corpora nō possunt esse simul. secūdo ēt q: sol sufficiēter illuminat. ergo videf q lux illa sit ibi frustra

4 ¶ Rñ. dicēdum q cū queritur quid de illa luce factū sit quat tuor modis ad hoc cōsueuit respōderi. quor duos tangit magister in littera. Primus est:q: luminaribus celi factis lux illa redijt ad preiacentem materiaz. quia non erat facta nisi ad faciendam quādam distinctionē dierum semiplenam qua perfecta inde redijt vnde sumpta est. Sed hec positio est. ptra rationem ⁊ ptra litteram. q deus destrueret opera sex dierū pncipaliaūel q sineret perire. Secūdus modus dicēdi est q illa lux simplr manet in forma sua nō mutata. nec discernitur q̄tū ad sensum propter coniunctionem sui ad solē nec tñ est frustra q: ipsius solis auget effectū. Sed q: difficile est assignare quē effectum habeat cum sole. Jdeo est tertius modus dicendi q ex ipsa factus sit sol. ⁊ in ea saluatur tāq̄ in re eiusdē generis Sed qm̄ non videtur scriptura exprimere q deus post primū diem produxerit nouā lucem sed solūmodo luminaria distinxit. Jō est quarta opinio q ex illa luce facta sunt corpora luminosa inter q̄ principatū tenet sol:nec fuit ibi aliqua violentia:q: vnaquecz creatura cū locū accipiebat quē sibi dīs per naturā deputabat. ⁊ sic patent obiecta:q: nec fuit illius lucis corruptio nec etiā violentia. sed maior quedā ⁊ perfectio ⁊ distinctio. Qō aūt dicit Dam. opus prime diei fuisse perfectissimum hoc dicit per cōparationē ad alia corpora que a luce habent recipere influentiam. nō per comparationem ad luminaria que ex ipsa luce sunt formata.

c ¶ Dixit ergo de⁹ fiat ⁊c. nō tpaliter. nō sono vocis. sed inverbo sibi coeterno. Videf hoc esse falsum. statim enī vt dixit de⁹ res facte sunt. sicut dr in ps. dixit ⁊ facta sunt ergo cū productio rerū sit tpalis. dictio nō fuit eterna. ¶ Jtē in dictione eterna nō dicit deus nisi semel sicut dr in ps. Semel locutus est de⁹. sed cū produxit opera sex dierum in productione cuiuslibet operis dixit. ergo illud dicere nō est eternū. siue generare filium Si tu dicas q illud dicere nō fuit nisi vnum solū. iteratur tñ propter multos effectus. tunc videtur q ad dicere sequitur facere. ⁊ fiat dixit. ergo simul ofa fecit. ⁊ non simul fecit sicut dr scriptura ⁊ supra pbatū est:ergo nō simul dixit. Propter hoc q̄rit̄ vtrū dicere accipiatur hic tpaliter vel eternaliter. Et si eternaliter quō dictū possit esse temporale. Et si temporaliter:quomō dicere temporale potuit omnē creaturā precedere. ¶ Jtē questio est vtrū accipiatur notionaliter. aut essentialiter. Si accipiatur notionaliter. quomō poneret effectū. aut quomodo effectus creationis quē de⁹ dicendo produxit cōpetat toti trinitati

Si vo essentialiter. quomō poterit illud referri ad naturā verbi pquod facta sunt ofa:cum verbū dicatur psonaliter sicut in primo lib. ostensum est. ¶ Rñ. dōm q dicere vno modo cōnotat effectū in actu. alio mō cōnotat effectum in habitu non in actu. Dixit enī vno modo quasi actū exterius. ⁊ sic dicere est aliquem effectum efficere i quo dicēs exprimit se ⁊ hoc mō dicitur deus dicere siue creaturam producēdo in qua se declarat. siue aliqd suspirando anime in quo voluntatem suā demonstrat ⁊ sic pluries accipitur in scriptura. ⁊ cōnotat effectum actualiter. Alio mō dicere dicit actum quasi exterius. nihilominus tñ relatū. ⁊ hoc mō dicit cōparationē ad verbū pceptū per quod dicens se et ofa loquif. per quē modū accipitur in ps. semel locutus est deus. glo. ibi filiū genuit in quo omia disposuit ⁊ sic dicere pnotat effectum in habitu:quia dicere importat dispositionem. ⁊ ad dispositionē sequitur opus. Tertio modo dicere dicit actū itrinsecum ⁊ absolutum. ⁊ hoc modo dicit Ansel. q: dicere nō est aliud q̄ videndo intueri. et sic quelibet psona dicit se ⁊ alia. ⁊ huic dicere nō respōdet verbum conceptū:q: sm̄ hunc modū idē potest esse dicēs ⁊ dictus Quelibet enī psona seipam videt ⁊ seipam intuetur. ⁊ sic non pnotat effectū nec actū. nec habitū. Si ergo queritur quomō accipiatur dicere in rerū productione. dōm q pōt accipi primo mō sc̄z put pnotat effectū in actu. ⁊ tunc dicere idē est qō produ cere. nec est ibi nugatio cum dr. dixit deus fiat. q: nō tm̄ importat ipsam actionē in se:sed etiā prout est ad ipsi⁹ manifestationem. ⁊ premittit scriptura verbū dicendi verbo faciendi. vt in hoc ostendat q deus maxima facilitate produxit singula. non q: aliquavor creata rerū productionē antecedat. Et sic dicere in diuersis diebus potest plurificari: non ratione principalis signati sed cōnotati sicut patet. q: plurium productorū plures sunt productiones passiue. ⁊ ratione connotati actiua dici potest plurificari. Pōt ⁊ nihilominus accipi secūdo modo. et est sensus. dixit id est filiū genuit in quo omnia disposuit: ⁊ p quē omnia produxit. ⁊ sic exponit Aug. cū dicit q vox dei ad naturā verbi per quē omnia facta sunt refertur. Et ad illud dicere sequitur creaturā fieri. sicut ad dispositionē sequif opus. nō immediate vt tūc fit quādo quis primo disposuit. sed ploco ⁊ tēpore:sicut dicētis dispositio ordinauit. ⁊ sic est in proposito. nā deus produxit nō tūc cū filiū genuit in quo disposuit:sed sicut generādo filiū ab eterno disposuit se productuz in tēpore: sic produxit in tēpore. Jn ipa enī dispositione dei eterna non solū erat q res producerentur:sed etiā qñ producerētur. ⁊ hoc modo dicere in diuersis diebus dictū eandē importat dispositionē ⁊ eternā in qua simul disponūtur eternaliter que successiue producūtur ex tpe. Sic igitur primo ⁊ scdo modo pōt hic accipi dicere. sed scdo modo magis ppie. tertio autē mō nō videf hic accipi. q: nō cōnotatur ibi alios effect⁹:nec actu:nec habitu:nec vī etiā illo tertio mō magis ppie accipi act⁹ dicēdi. nā sicut dictū fuit in primo libro distinc. xxvij. dicere proprie non est sine verbo. sicut nec proprie ibi dicitur esse locutio vbi null⁹ est sermo. Nihilomin⁹ tertius modus accipiēdi dicere non vī esse omnino improbandus p eo q satis rationabiliter vī posse cōcedi q quelibet persona loquaf se alteri. Si enī iste actus q̄ est dicere cōuenit cuilibet psone create pōt conuenire cuilibet persone increate vel vere vel modo transumptiuo. iste tñ modus accipiendi non cōpetit proposito. ⁊ per hoc patēt que obiecta sunt. d ¶ Jn principio id est in filio creauit deus celū et terrā ⁊c. ¶ Cōtra. Si enim creatio mutatio est:⁊ in filio nihil

Hoc enī scriptura frequenter nobis pponit. vt ofa in sapiē tia feciſti dñe. i. in filio et Jn principio. i. i filio creauit de⁹ celum ⁊ terrā. Et illō. Per quē fecit ⁊ scta. Sup illum quoq̄ ps. locū. Verbo dñi celi firmati sunt ⁊c. dicit Aug. q pr operatur per vbū suū ⁊ spūsctū. Quō g̃ hoc accipiēdū ē. Putauerūt quidā heretici q pat velut auto: ⁊ artifex filio ⁊ spiritusctō in rerū operatione q̄si instrumētoviterē. Ex pdictis verbis errandi occasionez sumentes. qō velut blasphemuz atq̄ sane doctrine aduersum abiecit pia fides. Non est ita q̄z intelligēdū ideo scripturaz frequēter cōmemorare patrē

Ps. cij

Gen. j.

Heb. j. ps. xxxij.

Dic aperit ex q̄ sensu do do dicere dicit actū itrinsecum ⁊ absolutum. ⁊ hoc modo dicit Ansel. q: dicere nō est aliud q̄ videndo intueri. et sic quelibet psona dicit se ⁊ alia. ⁊ huic dicere nō respōdet verbum conceptū:q: sm̄ hunc modū idē potest esse dicēs ⁊ dictus Quelibet enī psona seipam videt ⁊ seipam intuetur. ⁊ sic non pnotat effectū nec actū. nec habitū. Si ergo queritur quomō accipiatur dicere in rerū productione. dōm q pōt accipi primo mō sc̄z put pnotat effectū in actu. ⁊ tunc dicere idē est qō produ cere. nec est ibi nugatio cum dr. dixit deus fiat. q: nō tm̄ importat ipsam actionē in se:sed etiā prout est ad ipsi⁹ manifestationem. ⁊ premittit scriptura verbū dicendi verbo faciendi. vt in hoc ostendat q deus maxima facilitate produxit singula. non q: aliquavor creata rerū productionē antecedat. Et sic dicere in diuersis diebus potest plurificari: non ratione principalis signati sed cōnotati sicut patet. q: plurium productorū plures sunt productiones passiue. ⁊ ratione connotati actiua dici potest plurificari. Pōt ⁊ nihilominus accipi secūdo modo. et est sensus. dixit id est filiū genuit in quo omnia disposuit: ⁊ p quē omnia produxit. ⁊ sic exponit Aug. cū dicit q vox dei ad naturā verbi per quē omnia facta sunt refertur. Et ad illud dicere sequitur creaturā fieri. sicut ad dispositionē sequif opus. nō immediate vt tūc fit quādo quis primo disposuit. sed ploco ⁊ tēpore:sicut dicētis dispositio ordinauit. ⁊ sic est in proposito. nā deus produxit nō tūc cū filiū genuit in quo disposuit:sed sicut generādo filiū ab eterno disposuit se productuz in tēpore: sic produxit in tēpore. Jn ipa enī dispositione dei eterna non solū erat q res producerentur:sed etiā qñ producerētur. ⁊ hoc modo dicere in diuersis diebus dictū eandē importat dispositionē ⁊ eternā in qua simul disponūtur eternaliter que successiue producūtur ex tpe. Sic igitur primo ⁊ scdo modo pōt hic accipi dicere. sed scdo modo magis ppie. tertio autē mō nō videf hic accipi. q: nō cōnotatur ibi alios effect⁹:nec actu:nec habitu:nec vī etiā illo tertio mō magis ppie accipi act⁹ dicēdi. nā sicut dictū fuit in primo libro distinc. xxvij. dicere proprie non est sine verbo. sicut nec proprie ibi dicitur esse locutio vbi null⁹ est sermo. Nihilomin⁹ tertius modus accipiēdi dicere non vī esse omnino improbandus p eo q satis rationabiliter vī posse cōcedi q quelibet persona loquaf se alteri. Si enī iste actus q̄ est dicere cōuenit cuilibet psone create pōt conuenire cuilibet persone increate vel vere vel modo transumptiuo. iste tñ modus accipiendi non cōpetit proposito. ⁊ per hoc patēt que obiecta sunt. d ¶ Jn principio id est in filio creauit deus celū et terrā ⁊c. ¶ Cōtra. Si enim creatio mutatio est:⁊ in filio nihil

filio vel p filium

mutatur. ergo in filio nihil creat. ¶ Itē querit quare ista accipitur, pater est in filio ⁊ creat in filio. ita ꝙ hec ꝓpositio in. referturad vbū cēndi ⁊ ad verbū opandi. hec aūt nō recipit pater est per filiū. ꝙuis ista recipiatur pater opatur per filium. Querit etiā quā habitudinē importat hec ꝓpositio per. cum dicit deus pater creat p filium. ¶ Rñ. dom ꝙ hec ꝓpositio in. potest importare causalitatez. ⁊ potest importare identitatem. Causalitatem. vt cum dicitur. omnia sunt in deo. Idētitatem vt cū dicitur pater est in filio. Hec aūt prepositio per quantū est de se importat causalitatem. Dico igitur ꝙ cōuenienter dicit deus operari in filio. ⁊ rōne idētitatis. quia pater operās est in filio ⁊ rōne causalitatis qz filius est causa effectus producti a patre. ⁊ iō hec prepositio in. cum suo casuali accipit i diuinis cū verbis absolutis ⁊ cū trāsitiuis rōne duplici habitudinis scz causalitatis ⁊ idētitatis. hec aūt ꝓpositio per. qñ importat habitudinē cause ⁊ pncipij nō recipitur nisi in illis vbis que importāt aliquē effectum respectu cuius filius bz causalitatē. ⁊ iō recipitur ꝙ pater operat per filium. sed tñ nō recipitur ꝙ pater sit p filiū. sed hec planius dicta sunt in primo li. dis. xxxij. ⁊ ideo ad presens hec sufficiant.

Mia ꝓ dictorū expō.

Jo. cri.

ED intelligentiā huius partis in qua agitur de formatione lucis que est op⁹ prime diei queruntur tria. Primum est de ipsa lucis productione. Secundum est de ipsius lucis essentia ⁊ natura in se. Tertiuz est de ipsius lucis. effectu et illustratiōe. ¶ Circa primuz duo queruntur. Primo queriturvtrum per illam lucem que dicitur esse opus prime diei intelligat scriptura lucem corporalem vel spiritualem. Secundo dato ꝙ intelligat corporalem ¦ est questio. qualiter faciebat diem et noctem.

opari in filio vel p filiū. tanꝯ filius nō posset facere si ei nō porrexisset pater dextram vel tanꝯ aliqō instrumētū fuerit patris opantis ſz potius illis verbis patrez intelligi voluit cū filio ⁊ spiritusancto operari ⁊ sine eis nihil facere.

☞ Remouet opinionē heretica insinuās aliā esse expositionē verbi predicti. ¶ Sed dicit heretic⁹. hac rōne hoc posse dixisse filiū opari p patrē vel in pce ⁊ spūsctū cū vtroꝯ vel per vtrūꝯ. qz filius cū patre ⁊ spūsctus cum vtroꝯ opat. Cui breuiter rñdetur. Jō istud dictū eē ⁊ non istud. vt in pce mōstraret auctoritas. Nō em̄ pr a filio ſz filius a pce opat ⁊ spūssanctus ab vtroꝯ. Jdeoꝯ ēt fili⁹ per spūm sanctū legit opari: qz cuz spiritusancto operat hocipsum a filio hūti vt operetur. ¶ Pōt ⁊ alr illō accipi. vt dicat pr in filio vel p filiū opari qz eū genuit oim opificē. sicut dr pater p eū iudicare. qz genuit iudicē. Jta ⁊ p spūsctū dr opari siue pater siue filius qz ab vtroꝯ procedit spūssanctus factor oim. Vñ Jobes Crisost. in expositiōe epce ad hebr. sic ait. Nō vt hereticus inaniter suspicatur tanꝯ aliqō instrm pris extiterit filius neqꝯ per eū pr dr fecisse tanꝯ ipse facere nō posset. sed sicut dr pater iudicare per filiū. qz iudicez genuit. sic etiā dicitur operari per filiū. qz eū cōstat opificem genuisse. Si em̄ causa ei⁹ pr est fm ꝙ pater est multo ampli⁹ eorꝯ cā est que per filium facta sunt. ¦ Hec de opere prime diei dicta sunt.

Questio. ſ.

Circa quā sic procceditur ⁊ ostēditur ꝙ illa lux que dr primo die fuisse creata nō erat lux corporalis. Lux corporalis est ad decorē ⁊ ad complementum celi fideret siue firmamenti. si ergo qō ornat ⁊ decorat aliquod corpus nō potest. nec debet ante ipsum fieri: cum productio firmamēti spectet ad opus scōe diei. videtur ꝙ primo die lux corporalis nec potuit nec debuit fieri. Sed fuit facta lux corporalis vel lux spiritualis. ergo ꝛc. ¶ Item in enumeratione operum sex dierum intēdit scriptura explicare productionem illorum que constituūt vniuersum sicut manifestū est ergo vel creatura spiritualis vtpote angelus non est de constitutione vniuersi. vel scriptura rerū productionez insufficienter explicat ⁊ tradit. vel oportet per aliquid ibi positum exprimi sed primi duo modi sunt incōuenientes restat ergo ꝙ scriptura explicat productionē creature angelice: ſz creatura angelica fuit in principio creata sicut oīsum est supra. qz prior oīm creata est sapia. ergo ei⁹ productio exprimit p opus prime diei vl̄ alterm formatio: ſz opus prime diei nō fuit nisi productio lucis. ḡ p lucē intelligit scriptura naturā spūalem. ¶ Itē lux de spūalibus ⁊ corporalibus dr pprie. magis tñ pprie de spūalibus ḡ de corporalibus. sicut dicit Aug. sup Beñ. ad lram. Proprissime eñ dr lux est. ⁊ que ad ipm magis accedunt plus hñt de natura lucis. ḡ in productione lucis illa creatura dz pncipalr intelligi cui pncipalius cōuenerit: sed hec est creatura spūalis. ergo ꝛc. ¶ Item lux illa corporalis est ad fomentū plantarū ⁊ aialium. ⁊ etiā ad solacium boim. si ergo primo ⁊ scōo die nō erant plante que fouerentur. nec aialia nec boies quibus illa lux aliquod ferret obsequiū. videtur ꝙ dr frustra fecisset eaz in primo dierū. ꝙ si deus nihil frustra facit. restat ꝙ per illam lucē non intelligitur lux corporalis sed intelligit lux corporalis vl̄ spūalis. ¶ Itē si lux illa que primo die creata est. erat lux corporalis. ergo diem ⁊ noctem corporalr faciebat. ergo videtur ex hoc ꝙ productio solis fuerit superflua. ¶ Itē si lux illa fuit corporalis. cū esset bona debuit a diuina bonitate in suo eē cōseruari. sic eñ exponit Aug. vidit deus ꝙ esset bonū. i. qō placuit vt fieret. placuit etiā vt in suo genere ꝑmaneret. ergo videtur ꝙ si lux illa facta esset in principio ꝙ adhuc maneret. ergo si magne claritatis esset illa. impossibile esset ꝙ sensum nostrum laderet. si igit lumen ei⁹ nō percipimus sensu. ⁊ sum ei⁹ nō capim⁹ intellectu. ipsa nō est. ergo nunꝯ fuit. ¶ Sed ꝓ hoc obijcit ⁊ ostēdit ꝙ lux illa corporalis fuerit per textū primo. qz ante formationē lucis premittit ꝙ tenebre erant sup faciem abyssi. ergo si per abyssum intelligitur materia corporal luxque facta est ad expulsionē illaz tenebraz erat corporalis ¶ Item hocipsum ostendit per multos expositores. ⁊ primo per Bedā. occidēte luce paulatim. ⁊ post spaciū diurne lucis inferiores partes subeunte factū est vespere. sicut nunc visato cursu solis fieri solet. ergo si hoc nō potest intelligi nisi de luce corporali. ps ꝛc. ¶ Item ꝙ de luce corporali intelligatur videtur. Scriptura numerat senariū dierū. ⁊ constat ꝙ dies isti oēs sunt eiusdē nature. alioquin nō essent insimul cōnumerabiles. sed post formationē solis a quarto die in antea fuerunt dies corporales. ergo in tribus antecedētibus dieb⁹ fuerunt dies corporales. sed tales dies nō pōt eē nisi a luce corporali. ergo ꝛc. ¶ Itē ꝙ nō possit intelligi de luce spūali videtur. qz diuisio lucis spūalis a tenebris est separatio bonoz angelorum a malis. ergo si simul est diuisio lucis a tenebris. ⁊ formatio lucis. ⁊ hoc fuit totū in prime diei initio. videtur ꝙ lapsus malorum angeloz fuerit absqꝯ aliquo spacio tpis interiecto si ergo hoc est impossibile sicut supra probatū est ꝓpter ꝛc. ¶ Rñ. Dicendum ꝙ in hac questione differenter senserūt Augustin⁹ ⁊ alij doctores. sicut etiam in questione de informis materie productione. Augustinus em̄ voluit ꝙ per celum intelligeretur natura spiritualis informis. ⁊ qz lux respondebat celo per consequens per ipsam lucē spiritualē. angelicam naturam formatā dixit intelligi ad lraz ꝙ die vo dixit intelligi ipsaz ꝓsiderationē angelicam per septenarium dierū septemplicem considerationem. ⁊ per vesperam diei. considerationem creature in seipsaz quia creatura est sicut tenebra per mane vero reductionem ipsius cognitionis creature in suo genere proprio. ad cognitionem que est in summa luce. ⁊ ad laudē ipsius dei. ⁊ qz post perfectā ꝓuersionē a laude dei nō cessat. ideo septimū die in quo est requies ꝓtemplationis dixit nō babereveſperā. ¶ Ad hāc aūt positionē manifestādam satis scriptura ꝓformatur super Beñ. ad lram. vbi ostēdit ꝙ multa dicūtur de illa. vj. dierum enumeratione. que magis cōpetunt diebus spūalibus et luci spūali ꝙ luci materiali. ꝓpter quod in productione oīm rerum corporaliū dr. fiat. fecit ⁊ factū est in productione vero lucis nō dr nisi fiat ⁊ factū est. Et huius ratio est. qz oēs alie res a creatura spirituali habēt triplicem modū essendi videlz in sua causa producente ⁊ in mente rōnali. ⁊ in corporali materia subsistēte. Creatura aūt rōnalis nō habet nisi duplicem essendi modum. vidz in vbo ⁊ in se. Multa etiā ad hoc adducit qui ostendunt ipsam

dunt ipam positionē esse cōsonā tam fidei q̄ scripture. q̄ etiā rōni. ⁊ per hoc veritatē fidei ⁊ scripture a recto rōnis tramite nullatenus etiā deuiare ostendit. vnde sup Gen. ad lām lib. j. habem⁹ qd fm fidē rndendū est oibus qui calūniari libris nostre salutis affectāt. vt quicūq; ipsi de rerū natura veracib⁹ documentis demōstrare potuerūt. ostēdamus lris nris nō eē cōtrariū. quicūq; aūt de quibuslibet suis voluminib⁹ bis nostris lris ⁊ catholice fidei ptrariū ptulerunt. aut aliqua facultate, aut nulla dubitatione. credam⁹ ipm eē falsissimū. Quātūcunq; aūt hec positio phabilis eēt ⁊ rōnabilis catholici tñ tractatores q̄ Aug. secuti sunt viā aliā approbauerūt magis. s. q̄ diē rum distinctio esset materiāl seu sensibilis. ⁊ pme dici opatio eēt formatio lucis corpalis q̄ tres dies fecit añ pductionē sol'. Et qz istam positionē magis insinuat text⁹ scripture. ⁊ magis sequunt expositores ⁊ illi q̄ Aug. libēter secuti sunt. iō positio ista securi⁹ ⁊ utilius est sustinēda. Scōm hāc igit positionem dōm est q̄ scriptura p lucē illā quā dicit pmo esse factā. corporalem lucē insinuat. ⁊ pcedende sunt rōnes que illud phant.

9 ¶ Ad illud vo qō obī primo q̄ lux est ad decorē ⁊ ornatū celi. dōm q̄ nō qualitercūq;. sz put est in distinctione cōpleta fm numerū ⁊ pprietatē corpoz celestiū. stellaz. s. ⁊ planetaz. et b
10 nō fuit añ diē quartū. ¶ Ad illud qō obī q̄ pditio angelice nature dz in. vj. diebus explicari. dōm q̄ illud non opz explicite dici. sicut etiā nec de lapsu nature angelice in scriptura legit hystorialr sed magis allegorice. Et ratio huius est. qz scriptura principalr intendit agere de opibus reparatiōis hūane. sicut dicit Aug. ⁊ ppter illa vt meli⁹ explicent agit de lapsu hominis ⁊ pditione nature hūane institute. ⁊ rōne hui⁹ determinat de his q̄ facit ad hoīs pditionē ⁊ cōseruationē. Et qz in scriptura agit de lapsu nature angelice nec ēt in ea agit de cōditione angeli instituti. aliter posset dici q̄ qz scriptura tradebatur gēti rudi. q̄ versabat circa sensibilia. iō pmo in opibus vj. dierū pditionē sensibiliū insinuat nihilomin⁹ tñ pbens viā per hec sensibilia ad intelligēda spūalia. hoc ei fecit ad illa insinuāda. vñ nō indocte p formationē lucis intelligi pōt formatio nature spūalis. pncipalius tñ insinuat formatio corpalis. ⁊ sic pz qualr pcessus scripture q̄uis videat esse vulgaris. tñ ē
11 sufficiēs ⁊ rōnalis. ¶ Ad illud qō obī q̄ lux pncipali⁹ cōuenit nature spūali. dōm est q̄ verū est q̄tū ad pprietatē vocabuli. nō est tñ verū q̄tū ad vsum cōem. Nolata ei luce nisi deteriminetur p antecedētia ⁊ pītia. lucē intelligim⁹ corporalē. p quā tñ pducimur ad intelligendū spūalē. qz cognitio nra incipit a
12 sensu. ⁊ sic docet dion⁹. in li. de di. no. ¶ Ad illud qō obī q̄ lux corporalis est ad fomentū viuentiū ⁊ solatiū aialium. dōm q̄ lux corporalis nō solūmō bz istā utilitatē. imo etiā alias multas q̄ forasse nos latent. quarū etiā vsum potuit tunc habere. sicut multe creature hūt virtutes ⁊ utilitates quas nos ignoramus ⁊ tñ eas habere nō dubitam⁹. Posset tñ dici q̄ vsus ei⁹ fuit diē ⁊ noctē facere. nō ad aialium illustrationē. sed ad diuinoz operū distinctionē. vnde ⁊ si tunc nō faceret ad illustrationē dūmi sensus: facit tñ nūc ex ipa distinctiōe ad illustra-
13 tionē intellectus dū ex illa intellectus capit distinctionē diuinoz operū. ¶ Ad illud qō obī q̄ supfluum fuit facere solem. dōm q̄ falsum est. qz ⁊ si lux illa pfecte illuminaret ⁊ diē faceret fm q̄ sufficiebat p illo tpe ad dierū distinctionē placuit tñ deo rebus ad maiorē pfectionē eductis. vtpote ad ornatū lucem facere plenioriē. que etiā diē faceret clariorē. ⁊ pp hoc ex ipsa ēt luce siue nube lucida solē fecit in maiori luīe sicut dicetur postea. Et p hoc pz illd qō obī vltimo scz q̄ illa lux debuit manere dōm ei q̄ verum est q̄ manet fm formā ⁊ naturā: sed non opz q̄ maneat fm illum statū fm quē primo formata erat manet aūt in sole q̄ ex ipsa formatus est. sicut innuūt expositores. ⁊ melius patet super litteram.

8 **Questio. ij.** Qualr illa lux faciebat diē ⁊ noctem. Et dicit Dam. q̄ faciebat emissiōe radioz ⁊ ptractione. Aīt ei sic. In pmis tribus diēb⁹ refluxo ⁊ pcto luīe dīuico pcepto. dies ⁊ nox fiebat. Et basili⁹ in exam. Tūc aūt nō solaris corpis motu. sz diffusiōe pncipalis lumis mō se subducētis. mō denuo reducētis. fm diuinā pceptionez diē faciebat nox q̄; reuertebat. Beda aūt ⁊ alij expositores latini dicūt q̄ diē ⁊ noctē faciebat sua reuolutiōe ⁊ ō babitū fuit in autoritate pri⁹ posita q̄ inducit in lra occidēte luce paulati ⁊c. ¶ Cōtra primū dicēdi modū obī sic primo. scriptura dicit. diuisit de⁹ lucē a tenebris. ergo sil fuerūt lux ⁊ tenebre. sz si lux illa faceret diē ⁊ noctē p emissionē ⁊ retractionē radioz. cū nō fit sil emissio ⁊ retractio. nō esset sil lucis. ⁊ tenebraz diuisio. ¶ Itē scriptura dicit q̄ lux illa faciēdo diē. faciebat vespere ⁊ mane. sed si sola radioz emissione fieret dies. ⁊ sola ptractiōe fieret nox. nūq; esset vespe ⁊ mane. sz semp esset clarus dies vl obscura nox. q̄ ille modus dicēdi nō competit sacre scripture. ¶ Item emittere ⁊ ptrahere radios sunt cōparationes oppositē. q̄ cū sole ptātes rōnales sunt ad oppositā vī q̄ lux illa eēt rōnalis suba. si ergo hoc est absurdū dicere. vī ⁊c. ¶ Item q̄ lux illumiet istē actus naturalis ⁊ necessari⁹. si q̄ nulla suba pōt seipsam priuare sua necessaria ⁊ naturali opatione. videt q̄ lux vbi erat nō poterat nō illuminare. q̄ nō poterat radios suos ptrahere. ¶ Contra scōm modum obī sic. Ad hoc q̄ fiat motus alicui⁹ corporis regularis ⁊ vniformis. nō solum requ-
9 rit⁹ virtus motoris sed etiā congrua dispositio ex parte mobilis ⁊ ex pte spacij ergo si adhuc nō erat facta ordiū distinctio videt q̄ nulla fieret huius corporis renolutio. ¶ Itē materia ex omni pte sua erat vniformis. si ergo motus est pp aliquam diuersitatē. vel in eo quo mouet. vel in eo circa quod mouet: videtur q̄ lux nō moueret. ergo nō faciebat diē ⁊ noctem per suū motū. ¶ Item materia illa ex omni parte erat eque illuminabilis. ergo si lux illa vbicūq; esset illuminabat quocūq; moueretur. diē ptinue faciebat. ergo nūq; faciebat mane ⁊ vespere. ¶ Itē si per suū motū faciebat diē ⁊ noctē. cū illa lux ante fuerit pducta q̄ mota. fuit pducta ante oēm diem. ergo nō erat opus primo dici. Si tu dicas mihi q̄ sil cepit esse. moueri ⁊ illuminare. q̄ro vbi pmo incepit moueri. aut cū ex oriente. aut ex occidēte. aut ex aliqua alia pte celi. Si ex oriēte. ergo videtur q̄ primo fecerit mane ⁊ postea vesperā. ⁊ hoc est ꝫ scripturā q̄ dicit factū est vespere ⁊ mane. Si ex occidēte. ergo videtur q̄ lux cepit in occasu q̄ō est inconueniens. Si in aliq̄ pte alia vt in meridie. tunc vī q̄ dies ille nō babuit. xxiij. horas. q̄ō est ꝫ expositores ⁊ ppter hoc est q̄stio vbi lux illa sit facta et qualr diē ⁊ noctē faciebat. ¶ R ñ. dōm q̄ sicut ptractū fuit in princi-
14 pio duplex est hic modus dicēdi. vn⁹ fm doctores grecos. vicz Basilij ⁊ Bze. ⁊ Dam. alr fm latinos. Direrūt ei basilius et Dam. q̄ lux illa emissione ⁊ ptractione radioz diem ⁊ noctē faciebat. hoc aūt dicebat esse in potestate ipsius lucis. nō p virtutem ppriā. sed per preceptionē diuinā. ⁊ huius sile legimus in scriptura Exod. x. Extendit moyses manum in celū ⁊ facte sunt tenebre horribiles in tota terra egypti tribus dieb⁹. Et ō stat ei q̄ in illo triduo sol erat in emisperio terre nostre habitabilis. ⁊ in terra iessen. ⁊ i alias habitabiles regiōes radios sue lucis emittebat. ⁊ a terra egypti radios sue lucis ptrahebat. Sile etiā forte factū est in passione dīi vbi sol dz obscuratus fuisse. ⁊ hoc totū factū est nō natura sed diuino preceptor per būc modū intellexerūt doctores greci fuisse in illo primo triduo. ⁊ ppterea rōnes prius inducte de naturali ptāte i nullo eos ledunt. Autoritates etiā sacre scripture nō videntur cōtrarie. qz diuisio illa lucis a tenebris nō intelligitur q̄tum ad sitū localē. sz q̄tū ad distinctionē formalē. sicut distinguit⁹ habitus a sua priuatione. ⁊ qz ab hoc habitu in priuationē ⁊ processus erat ⁊ regressus. q̄tum ad regressuz in habitu dz fecisse mane. qō quidē fiebat radioz emissione. quātum vo ad pgressum in priuationē dz fecisse vesperā. qō quidē fiebat radiorum ꝫctione. ¶ Alius modus dicēdi fz latinos doctores qui vī eē rōnabilior est. qz virtuti naturali possibiliorē. scz q̄ lux illa noctem ⁊ diē faciebat suo motu. sicut sol sua facit actione. Intelligit ei lux illa facta fuisse vbi nūc est sol. nā ex illa formatus creditur eē sol. pducta aūt fuit super eā partē supra quā nr̄m est emisperiū. ⁊ illud emisperiū illuminādo fecit diem. ⁊ pgrediens puenit ad occasuz ⁊ fecit vespe. ⁊ post deinde regrediēs ad ortū fecit mane. vnde respectu vni⁹ ⁊ eiusdē emisperij noctē ⁊ diē faciebat successiue. respectu vo emisperij nostri ⁊ alteri⁹ sil faciebat diē ex vna pte. ⁊ noctē ex obiectu illi⁹ nature dēse q̄ erat in medio illi⁹ materie. q̄ q̄uis nō esset adhuc in forma cōpleta erat tñ in illa pte ita dēsata vt posset pficere vmbrā. sicut in pte supiori p sua raritate ⁊ q̄dā subtilitate poterat suscipere lucis influētiā. Et iōvtrūq; coz insinuās scptura dr diuisit de⁹ lucē a tenebris q̄tū ad exītiā lucis in vno emisperio. et tenebre in alio. ⁊ factū est vespere ⁊ mane q̄tū ad recessuz a nostro emisperio. ⁊ q̄tum ad regressum. Hunc igit modum tāq̄

probabiliozē sustinēdo ad primū qō obī in ꝓtrariū ꝙ nō erat ibi idonecitas spacij nec corpis per qō fieret motus alicui' ozbis. dōm ꝙ sicut sol in claritate illā lucē excedit. ita e' iā i motus regularitate ppter ozbiū distinctionē ⁊ cōplemētū ⁊ sicut lux illa claritatē habebat sufficiētē ꝑ illo statu sic ēt supioꝛ ps materie. q̄ rarioꝛ erat ⁊ puriozviā sibi ꝑbebat ad motū habilē q̄uis nō esset in tāta pfectione in quāta nūc est etber. ¶ Ad illud qō obī. ꝙ materia est ex oi pte vniformis erat dōm ꝙ ex si ex oīi pte esset influentiā lucis equal' nata suscipere. illa trī lux nō poterat vndiq; illuminare. sicut ⁊ sol nō potest ⁊ iō cuꝛ ex vna pte illuminabat. ex alia pte erat obscura. ⁊ q: ad lumē vniformiter erat dispositā. cū nō posset simul illumiari opoꝛtebat illuminari successiue. ⁊ ita opoꝛtebat fieri noctē ⁊ diē. Si tu q̄ris quare de' nō fecit lucē ita sufficientē ꝙ vndiq; posset illuiare. dōm ꝙ ⁊ si sic fecisset. ꝑ illā lucē esset illuiatio. sꝫ non boꝛaꝝ distinctio nec tpalis successio. Diuie aūt dispositiōi placuit mundū q̄si carmē pulcherrimū quodā decursu tpm venu
15 stare. ¶ Ad illud qō obī ꝙ sp illumiabat. ḡ semp diē faciebat dōm ꝙ nō sequit. q: nō q̄cūq; illumiatio dies appellat. sꝫ illuminatio q̄ est in nr̄o emispherio. q̄ magis dies dicebat ꝙ illuiatio alteri' emispherij. nō pp illud qō tūc erat solū. sꝫ etiā pp id
16 qō futurū erat. ¶ Ad illud qō obī ꝙ ante fuit ꝓducta ꝙ mota dōm ꝙ in die naturali duo sunt. vicz claritas aerꝭ siue rei trāsparētis. ⁊ successio tpis. Claritatem aūt faciebat lux radioꝛ multitudine in pte materie transpentis. ⁊ q: lux sit' ē ⁊ lucet et illumiat. sit' cepit eē isto mō dies cū luce. Successionē aūt tpis faciebat. vel ipa mutabilitas q̄ erat in materia informi añ ꝓductionē lucis. vel ēt ipsa lux mota q̄ erat nubes lucida. ⁊ ita vtroq; mō successio tpis vł sit' cū luce incipiebatvł' añ. ⁊ illa successio ad pmū diē spectabat. ⁊ iō q̄cūq; mō dicaī dies. formatio lucis est op' pme dici. nō q: ꝑma dies ipam lucē ꝑcesserit. sꝫ q: sil' incepit dies cū luce. Quāuis enī mot' sequaī eē ꝼm naturā. tī duratiōe pōt sil' cū mobili incipe. Et si q̄ras vbi incepit moueri. dico ꝙ vbi facta ē. sꝫ de loco vbi facta est due sunt
17 opiniones. ¶ Quidā enī dicūt ꝙ lux illa facta ē in meridie et rōnē hui' assignāt duplicē. Unā q: lux illa ꝑmo faciebatvelspere ⁊ postea mane. sicut dicit scriptura. ḡ vł ꝙ pt'tēderet ad occasum ꝙ rediret ad oꝛtū. Alia ē rō q: dei pfecta sunt opa. ⁊ iō diē ⁊ lucē fecit in sua plenitudine. ⁊ ita i meridie. ⁊ b̄ mōvł' sentire Beda ⁊ alī expositoꝛes q̄ dicūt ꝑmū diē a ꝑma luce cepisse. Et si tu obijcias ꝙ tūc a ꝓncipio dici vsq; ad mane nō sunt xxiiij. boꝛe. rīdent ⁊ dicūt ꝙ sex boꝛe hui' diei ꝑcesserant successione tpis ptranseūte ꝑ ipsi' materie mutabilitatē. ⁊ postmodū. vj. boꝛa[q̄ est in nūero pfecta]facta est lux q̄ est coꝛp' pfectū in sui natura. in plena ⁊ pfecta irradiatiōe vtpote i meridie. ⁊ cū esset tūc tps eq̄noctiale. vsq; ad occasuꝫ fuere. vj. boꝛe. ⁊ postmodū vsq; ad oꝛtū seq̄ntis diei fuerūt. xij. ⁊. vj. ꝑcessērāt ante formationē lucis post creationē celi ⁊ terre ⁊ ita factus est dies naturalis pfectus ⁊ integer. ¶ Alia opio ē ꝙ nō fuerit moza tpis interiecta inter creationē ⁊ distinctionē. imo statim post creationē celi ⁊ terre pdurit dñs lucē. ita ꝙ posteꝛius natura. sꝫ sil' duratiōe ⁊ isti dicūt ꝙ lux illa cepit in oriēte ⁊ sua reuolutōe pfecta tendēdo ab eodē pūcto in idē fecit diē naturalē. ⁊ boc vł Aug. sentire in li. de sacra. Ait enī ꝙ nō fuerit moza interiecta inter creationē ⁊ distinctiōis inchoationē q̄ incepit in lucis formatiōe. ⁊ illud vł satis ꝓbabile ꝙ ibi cepit lux illa in ꝑmo die. vbi ꝺditus est sol i die. iiij. Et redit ei sol iiij. die ꝺdit' fuisse in oriēte nō in meridie. ⁊ luna in occidēte. Et si tu obijcias ꝙ pri' deberet dicere factū est mane ⁊ vespe. dōm ꝙ sicut dicit magr̄ in lra mane dicit finē ꝑcedētis noctis ⁊ ex boc dicit quādā obscuritatē pp boc ꝙ nō trī dicit diei initium. imo dicit noctis ꝓsummationē. Et q: i ꝑma lucis formatione nō ꝑcesserat noꝛ. sꝫ statim lux incepit ꝼm suā totā ptātē illumiare. iō dī dies illa cepisse a plena luce. adeo enī lucebat ibi vbi cepit sicut si eēt in meridie. Jō nō dī fecisse mane. quia nō ꝑcesserat dies. sꝫ ꝑus vespe qō est finis diei. ⁊ postmodum mane qō est finis noctis. q: pus fecit diē ⁊ postmodū noctem. Et tā bic modus dicēdi ꝙ ꝑcedēs satis est ꝓbabilis nec facile discernitur q̄s coꝛ plus habeat veritatis. ⁊ iō quocūq; isto

Grum modoꝛ dicaī nō est facienda magna vis.

Onsequēter querī de essentia ⁊ q̄ddditate lucis coꝛporalis in se. Et circa boc duo querunī. ꝓmo q̄rī vtrū lux sit coꝛpus vel forma coꝛporis. Scō quer-

tur vtrum sit forma substantialis vel accidentalis.

Questio. j.

7 f ¶ Per interuallū tpis in sensu ⁊ cognitōe pficere ⁊c. Cōtra vī falsuz qō hic dicit de puulis. cū cnāta rōnalia senescāt i tpe nō vī ym ꝓditionē tpis alterari. g̃ vī q̄ pcessu tpis nō efficerēt magis sciēs. cū nō haberet in scīa p tpa alterari. Itē deus fecit aīaz ade p̄fectā scia. g̃ pari rōne fecisset aiam filioꝝ si ipe stetisset. Rñ. dōm ad hō q̄ hec est ꝓbabilioꝝ positio q̄ aliquo mō p interualla tēporum in sensu ⁊ cognitione pfecissent. Alia enī dum est in corpe complexionez corpis imitat. Et qñ ifantia est mollis. ⁊ fluida cōplexio cerebri. ideo nō pōt ibi cē fortis impssio speciem. nec fortis cōuersio super illas. Uñ sicut facies non relucet in aqua mota. sic puuli non essent idonei statim ad vsum cognitōis. ¶ Ad illud vero qō obī. q̄ haberet habitus. dicendū q̄ ⁊ si haberet sciam q̄tuz ad habitum. non tñ haberet q̄tum ad actualem considerationez ꝓpter organi ineptitudinē. sicut etiā nō habent dormientes. Uñ sicut puuli baptizati dicuntur hr̄e virtutes in munere non in vsu vel in actu. sic intelligendum est puulos illos sciam habuisse. ⁊ postmodum complexiōe facta habili ad considerandum statim essent in actu considerationis sine penuria et labore. ⁊ potissime verū esset in eis illud verbum pbi qō dicit q̄ in sedendo ⁊ in quiescēdo fit aīa prudens ⁊ sciens cum sessio ⁊ quies dicaī contra motum ⁊ fluxibilitatē complexionis.

Rñsio.

g ¶ Preceptū addidit obediētie. Querit quare dīs addidit p̄ceptū sup precesptum. ⁊ quare tot fuerunt precepta q̄ homini dedit ⁊ iterum quare p̄ceptū obedientie siue disciplineposstius fuit negatiuum q̄ affirmatiuū. Rñdendū est ad hoc breuiter q̄ tria dīs fecit eis p̄cepta in principio. Unū scz qō fuit. Crescite ⁊ multiplicamini. Aliud fuit. De ligno paradīsi comedite. Tertium fuit. De ligno scie boni ⁊ mali nolite comedere. Numerus aūt ⁊ sufficiētia istoꝝ p̄ceptoꝝ pōt sumi dupl̄r. Uno mō sic. Quoddā enī est p̄ceptuz qō ordinat ad deū ⁊ istud fuit preceptū obediētie. Quoddā qō ordinat ad proximuz ⁊ illud fuit p̄ceptum de multiplicando genere. Quoddam qō ordinat ad scipm. ⁊ hoc fuit p̄ceptum de comestione. Secundo mō sic. Ut quoddam preceptū respiciat corpus. ⁊ hoc est p̄ceptū de comedendo. Quod respiciat aiam. ⁊ hoc est preceptum de abstinendo. qō est obedientie meritū. Quoddam cōiunctum ⁊ hoc est p̄ceptum de consimili multiplicando. Preceptū aūt discipline fuit negatiuū. vt facilior esset eius obseruantia. ⁊ homo nō posset de transgressione vel omissione habere excusationē. Et in hoc terminatur totalis illa pars hui⁹ libri que est de hominis constitutione.

statura corporis ita etiā sensu mentis paruuli nascerent ⁊ per accessum temporis ꝓficerent sensu ⁊ notitia veritatis an scz mox nati in his essent perfecti. h

¶ Et cuz de corpe humano nō sit absurdū vl̄ incōueniēs hoc existimare. q̄ri solet. vtz de sensu aīe ⁊ cognitiōe veritatis eodem modo sentiēdū sit. vt. s. hi q̄ sine peccato nascerentur sensu ⁊ intelligentia mentis imperfecti existerent. ⁊ per accessuz temporis in his ꝓficerent vsq̄ ad pfectionem. an mox conditi pfectionem sensus ⁊ cognitionis perciperent. Illi qui sentiunt paruulos natos i statura corporis ⁊ vsu membroꝝ si per accessum temporis profecturos nō diffitentur eosdez in exordio natiuitatis sensui f perfectos existere ⁊ per interuallum tēporis in sensu ⁊ cognitione proficere vsq̄ ad pfectum.

☞ Contra illorum sniam opponunt quidam. i

¶ Ad qō quidaz opponunt dicētes. Si mor nati nō haberent perfectionē sensus. ⁊ intelligētie. ignorātia in eis esset. ignorantia aūt peccati est pena. Sed qui hoc dicūt nō satis diligēter considerāt q̄z nō omnis qui aliquid nescit vel minus perfecte aliq̄d scit. statim ignorantiā habere siue in ignorātia esse dicēdus est. q̄z ignorantia non dicitur nisi cum id qō sciri ⁊ nō ignorari debet nescīt. Talis q̄z ignorātia pena peccati est cum mens vitio obscurat. ne cognoscere valeat ea que scire deberet.

☞ De homīs translatiōe in meliorem statum. ⁊ de duobus bonis. altero hic dato. altero ꝓmisso. l

¶ Talis erat homīs institutio ante pcīm sm corpis conditionem. De hoc autem statu transferendus erat cū vniuersa posteritate sua ad melioꝝ dignioꝝq̄z statum. vbi celesti ⁊ eterno bono i celisti pato frueretur. Sicut enī ex duplici natura compact⁹ est homo. ita illiduo bona cōditor a principio preparauit vnū temporale. alteruz eternum vnū visibile. alterum inuisibile. vnum carni. alterum spiritui. Et q̄z primuz est qō est animale. deinde qō est spirituale. temporale ac visibile bonum prius dedit. inuisibile aūt ⁊ eternum promisit ⁊ meritis querendum proposuit. Ad illius autez custodiā qō dederat. ⁊ ad illud promerēdū qō ꝓmiserat naturali ratiōi in creatione aīe hois indite qua poterat inter bonū g ⁊ malū discernere p̄ceptū addidit obediētie. p cui⁹ obseruantiā datū non pderet. ⁊ promissum obtineret. vt p meritum veniret ad premium.

Quō ignorantia dr̄ cē in aliq.

Questio. ¶ Circa quā sic ꝓcedit ⁊ ostdit q̄ si bō stetisset facta esset sexuuz cōmixtio. Primo per textū Gen. j. Faciamus ei adiutoriū simile sibi. sz vir nō indigebat adiutorio mulieris nisi q̄tū ad actuz generatōis nec poterāt simul aliquē generare nisi simul commiscerentur. ergo ⁊c.

¶ Itē aug. xiij. de ci. dei. Quisquis dicit non coitu ros nō generaturos homines nisi peccassent. q̄d aliō dicit nisi propter numerositatem sanctorum necessariū fuisse pcīm. ergo si hoc est incōueniēs ponere cīa si homo non peccasset vir ⁊ mulier per cōmixtionē sexuum generarent.

¶ Itē distinctio sexuū nō est nisi ꝓpter gñationē. sed in primaria sui cōditōe distinctio fuit i humana specie sicut in aliis. g̃ si sexus distincti ad vnum effectuz nō cōcurrūt nisi cōmisceantur. vī q̄ si bō stetisset vir ⁊ mulier cōmixti essent.

Qō nō nē naturalē tēptum dedit de⁹ bō ad obseruandum hoc q̄ ꝓcepit ⁊ ꝓmissam erat.

¶ Itē vir habuit vim gñatiuā. sed planū est q̄ plem intra se concipere nō poterat. nec cū haberet locū in quo fet⁹ vegetaretur. nec viam p quā egrederet. ergo vī q̄ ad hoc q̄ gñaret necessariū erat sibi cū muliere ꝓmiscere ⁊ conuenire.

¶ Sed contra Aug. de bono cōiugali. Nuptie nō nisi mortaliū esse potuerūt. poterunt constat hoc dictū esse q̄tuz ad cōmixtionē seruū. si ergo manēte statu innocētie homo posterat non mori. ergo nec mulieri poterit commiscerī.

¶ Itē Dam. Poterat deus genus hoc absq̄ gñatiōe multiplicare si homo mandatum suū seruasset vsq̄ in fīnē. ergo vī q̄ si homo stetisset. q̄ vir mulieri cōmiscerī nō haberet nec filiū p creare. ¶ Itē ad hoc data est vis gñatiua vt q̄ non pōt continuari in se conseruenī in suo simili. sed hoīe stante in perpetuū continuari posset. ergo non videtur q̄ homo generaret.

¶ Itē cōmixtio sexuū est opus carnale sz primi parentes cum essent spūales nō erant dediti opibus carnis. nec ipedrebātur a quiete contēplationis. ergo non videī q̄ natura stante haberent insimul cōmiscerī. ¶ Rñ. dōm q̄ in statu innocētie absq̄ dubio homo haberet generari ex homine ⁊ hoc attestaī auctoritati scripture ⁊ iudicio rōnis recte. Dicīt enī hoīb⁹ in statu innocētie sicut scribīt gen. j. Crescite ⁊ multiplicamini ⁊ replete terrā. Et alius textus dicit mulierē in adiutoriū viri esse factam.

Rationi

Rationi etiã recte hoc cõsonat q̃ dicit potentiã generandi spectare ad cõplexionẽ nature. vsum vero gñationis ad cõplemẽtum ꝛ pfectionẽ ciuitatis superne. Et q̃ in statu innocẽtie natura pfectior erat q̃ in statu vic. ꝛ si homo stetisset. superna ciuitas suoꝝ ciuiũ numerositate nequaq̃ fraudata esset ponẽdũ est q̃ homo in statu innocẽtie gñare poterat ꝛ genuisset. Et q̃ nec vir p se nec mulier p se sufficisset ad generandũ. ideo p cõmixtionẽ fieret cõiunctio vnius ad alterum. ꝛ mutuũ sibi pbe rent auxilium in procreatione proli ad multiplicandũ genus humanũ. Et ideo cõcedende sunt rationes ostẽdentes q̃ si homo stetisset. tunc esset gñatio ꝛ sexuũ cõmixtio. ¶ Ad illud autem qõ primo obiicit in contrarium de verbo Aug. in li. de bo. coniu. dõm q̃ mortale non vocatur ibiqõ habet necessitatez in moriendo. sed mortale dicitur gñaliter pro vita alali in qua sola potest fieri gñatio. q̃ in ea soluz potest fieri decisio ꝛ restauratio. ꝛ q̃ hec immortalitas esse poterat in statu innocentie q̃ uis non in statu glorie. ideo patet illud. ¶ Ad illud qõ obiicitur vc verbo Damã. dõm q̃ Damã. non vult dicere q̃ nõ esset generatio si homo stetisset. sed q̃ non esset p eũ modũ per quẽ est modo sez cum libidine ꝛ feditate. Preterea ipse non dicit quid deus faceret. sed quid facere posset. ¶ Ad illud qõ obiicit q̃ ideo data est vis gñatiua q̃ perpetuentur corruptibilia. dicendum q̃ illa nõ est ratio tota. imo ratio pcipua ꝛ fm fidẽ quam ignorauit pbs est propter multitudinem numeri electoꝝ. quaz deus sic disposuit facere successiue propter congruentiaz multiplicẽ. sicut supra tactũ est. tum videlicet ppter diuine glorie manifestationẽ. tũ etiã ppter boim maiorẽ cõiunctionẽ vt magis adinuicẽ se diligerẽt. tum etiã propter vniuersi decorẽ ꝛ pfectionẽ. que non solũmõ attenditur fm esse permanẽs. immo etiam fm esse decurrens. decursus aũt in rebus irrationalib9 debet esse fm ordinẽ ꝛ exigentiã ad res rationales propter qs facte sunt. ¶ Ad illud qõ obiicitur q̃ cõmixtio sexuum est op9 carnale. dõm q̃ caro vno modo sonat in vitiũ. sicut illud Gal. v. Caro concupi. aduer. spiritu. Alio modo caro dicit naturã sicut illud Ephe. v. Nemo carnẽ suam odio habuit. Et sic carnale põt dici dupliciter. Vel a carne fm q̃ dicit naturam. vel a carne fm q̃ dicit vitiũ. ꝛ hoc vltimo modo in prio statu sexuũ cõmixtio non esset carnale opus. eo q̃ non esset ibi vitiositas esset tñ opus carnale fm q̃ caro sonat in naturam. ꝛ nihilominus esset spirituale opus. q̃ natura ꝛ opus nature concordat spiritui ꝛ gratie.

Questio. ij Utrũ in illa cõmixtiõe esset seminũ desissio. Et q̃ sic vr. gñare est de substantia sua aliquẽ producere. sed nemo pducit aliquẽ de substãtia sua nisi det ei partẽ substãtie sue. cũ dare totã nõ possit. nisi soluz deus. partẽ aũt substantie nõ dat nisi decidendo a se. ergo ꝛc. ¶ Itẽ filius a patre ꝛ matre gñatur non tantum effectiue. sed etiã materialiter. sed quandoc unq̃ aliqua duo sunt materia vni9 necesse est ea adinuicẽ vniri ꝛ cõmisceri fm se totũ. vel fm aliq̃d sui illud aũt in quo vniunt nõ solũ habet rationẽ materialis. sed etiã effectiui. ꝛ tale vocam9 semẽ igit fi bõ stetisset generatio nihilominus esset per commixtionem seminum.

¶ Item vir ex suo coitu mulierẽ fecundaret. sed hoc nõ esset nisi aliq̃d impartiret mulieri. sed constatq̃ non impartiret nec essariũ. q̃ natura illud sibi reseruat. ergo impartiret alimenti superfluum. ꝛ hoc est semen. ergo fieret seminum cõmixtio.

¶ Itẽ a primaria cõditiõe habuerunt vir ꝛ mulier vasa susceptibilia ꝛ idonea ad humoris seminarij gñationẽ ꝛ decisionẽ ꝛ cõmixtionẽ. ꝛ illa sunt q̃ sunt organa virtutis gñatiue. ergo i generatione prolis naturale est semẽ descindẽ. ergo si homo gñaret tunc fm qõ cõpetebat nature. in statu innocẽtie fuisset cõmixtio seminũ. ¶ Sed cõtra. Semen est superfluũ nutrimẽti. vbicunq̃ aũt est superfluitas ibi est vitiositas. sed in natura ista tuta nõ erat vitiositas. ergo nec superfluitas. igit nec humor seminari9. ¶ Itẽ semen est superfluitas tertie digestiõis. sz si homo stetisset non esset in eo superfluitas scõe digestionis. vt pote stercus ꝛ vrina. ergo nec superfluitas tertie. Prima pz p põm. scõa manifesta est. q̃ ille superfluitates nũq̃ sunt sine feditate ꝛ ignominia. ergo si feditas ꝛ ignominia. nõ sunt in homine nisi per culpã. nullo modo esset in eis talis superfluitas.

¶ Itẽ si esset in eis semen. aut esset cõueniens proprie complexioni. aut non. Si non. ergo nõ videt q̃ de eo deberet vel posset proles generari. Si sic. sed natura naturaliter tenet qõ est sibi conueniens. ꝛ si expellit. hoc non est per naturam. sed per violentiam. ergo si in statu innocentie homo hominem generaret non violenter. sed naturaliter. videtur q̃ in generatione semen non emitteret. ¶ Item actualis decisio partis a parte est via ad corruptionẽ. sed hõ in statu innocẽtie ad corruptionem nõ tendebat. ergo generando semen non descindebat.

¶ Rñ. dicẽdũ q̃ cum generatio prolis quantũ est de ordine ꝛ potestate nature habeat fieri per cõiunctionem ꝛ cõmixtionẽ duorum sexuum in hominibus. qui respectu prolis se habent p modũ materialis ꝛ efficiẽtis. ita q̃ ratio materialis plus resident penes mulierẽ. ꝛ efficiẽtis. vel actiui plus resident penes virum necesse est ad gñationẽ aliquas particulas taz a muliere q̃ a viro decidi. in quibus esset virtus ꝛ ratio seminalis respectu corpis ppagandi. Quia igitur hic est ordo nature nõ solũ mõ lapse. sed etiam institute. ideo dicendum est q̃ in statu innocentie ꝛ vir ꝛ mulier per decisionem seminũ generassent.

¶ Ad illud qõ obiicitur in cõtrarium de feminis superfluitate dicendum q̃ est superfluitas residuitatis. ꝛ est superfluitas impuritatis. Superfluitas residuitatis est in semine. ꝛ hec superfluitas necessitatem nõ excludit. immo idem ipsum qõ necessariũ est. est superfluũ sed necessariũ speciei. superfluũ in diuiduo. necessariũ virtuti gñatiue. sed superfluum nutritiue. ꝛ hec superfluitas nõ repugnat bonitati ꝛ cõplexiõi nature. q̃ nõ sonat in vitium. sed in cõplemẽtum. Est ꝛ alia superfluitas impuritatis. sicut stercus ꝛ vrina. defluxio reumatis. ꝛ emissio sudoris. ꝛ cõsimilia. ꝛ hec est in duplici differẽtia. Quedã vo ex debilitate virtutis cõtẽtiue ꝛ cõuersiue. sicut sudor ꝛ reuma ꝛ talis nõ fuisset in adã. pterea. q̃ virtutes naturales in ipo erãt in suis operatiõibus efficaces. Alia vero est q̃ venit ex nutrimẽti qualitate ꝛ nutrimẽti puritate. ꝛ hec fuisset in Adam. qualis est superfluitas egestiõis ꝛ vrine. q̃ sunt ppter separationem puri ab impuro. vt illud qõ purũ ꝛ ydoneuz est assumatur in alimentum. illud vero qõ est minus idoneum abiciatur exterius. licet non cum tanto fetore ꝛ feditate sicut nunc. ꝛ hoc satis indicant vasa ꝛ intestina ꝛ vrinaria q̃ sunt homini a sua prima cõditione naturaliter deputata.

¶ Et per hoc patet responsio quasi ad omnia obiecta. Nã primum qõ obiicit q̃ vbi est superfluitas ibi est vitiositas non valet. quia non habet veritatem de superfluitate residuitatis q̃lis est superfluitas seminis. ¶ Secundum autem quod obiicit q̃ superfluitas secunde digestionis est cuz feditate ꝛ ita cũ penalitate similiter. nõ valet. quia q̃uis illa separatio puri ab impuro sit in nobis cum feditate. in istis esset sine aliqua feteris corruptione. in attestationẽ virtutis potẽtie conuersiue. ꝛ puritatis nutritiue. ¶ Similiter tertium non multum cogit. quia semẽ cum sit superfluũ nutritiue. est necessarium generatiue. ꝛ nõ conuenit cum natura vt saluans ipsam in se. sz vt saluans eã in altero. ꝛ ideo natura non appetit sibi illud retinere sed in alterũ transfundere. ꝛ q̃uis nõ ꝓueniat nature gñantis in se vt sic est. cõuenit tamen nature gñati. Similiter vltimum non cogit quod dicat q̃ decisio est via ad corruptionez. hoc enim locum habet vbi est decisio partis necessarie cum quadã violẽtia. ꝛ vbi est decisio sine restauratione. hoc autem non est in seminis decisiõe sicut ostẽsum est. Et ita omnia obiecta possunt solui per distinctiones priꝰ factã. ꝛ alia etiã plura media que ad hoc possent adduci.

Questio. iij Utrũ in illa seminis emissione esset delectationis intensio. Et q̃ sic vr. Natura bene disposita desiderat superfluum emittere. ergo melius disposita magis desiderat illud emittere. sed natura instituta multo melius erat disposita q̃ natura lapsa. ergo vis gñatiua multomagis desiderabat semen emittere qõ est superfluum. sz vbi maius est desiderium ibi in cõplexione multo maior est delectatio. ergo in seminis decisione multo maior esset tunc delectationis intensio q̃ fit modo.

¶ Itẽ delectatio est ex coniunctione conuenientis cum conuenienti ꝛ sensu eiusdẽ. ꝛ ideo dicunt naturales delectationẽ esse in in coitu propter transitum humoris p locũ neruosum in q̃ maxime viget sensus. si g̃ tãta erat tunc conueniẽtia vel maior q̃ fit modo. ꝛ sensus tunc magis vigebat q̃ modo. videtur q̃ seminis decisione maior. tunc q̃ nunc esset delectationis intẽsio. ¶ Itẽ vnaquecz virtus cognitiua delectatur in facilitate ꝛ cõplemẽto sue operationis. hoc per se verum est. ergo quãto

maior esset ꝓplctio ⁊ facilitas. tanto maior esset delectatio. sed vis gñatiua in qua viget sensus tact⁹. facili⁹ ⁊ ꝓplctius exisset tunc in actū suū. q̄ nunc. ergo maior esset ibi delectatiōis intēsio. ¶ Itē oculus Ade plus delectabat in aspectu lucis. ⁊ auditus in auditu cantus sonoꝝ. q̄ aspect⁹ vel audit⁹ bois lapsi. ergo pari rōne in gustu ⁊ tactu appositō sibi cōuenienti multo plus haberet delectari. ergo cū cognouisset vxorē vel cū come disset maiorē delectationē habuisset. ¶ Sed cōtra Aug. dicit de ciui. dei. q̄ si bō nō peccasset. sic mēbra genitalia applicarē tur adinuicē. sicut mō applicat manus ori. sed in applicatiōe manus ad os. aut nulla aut modica habet delectatio. ergo' pa ri rōne vī q̄ nec in contactu illoꝝ membroꝝ. ¶ Item si tanta esset delectatiōis intensio tunc quanta est nunc. cū mō sit deor dinatio in actu generādi ꝓpter delectatō is intētionē. tūc fuis set generatiua deordinata. ergo nō esset gñatiua instituta. sed destituta. ¶ Itē si in actu illo natura stante esset delectatiōis intēsio. cū fortificata vna virtute minorat vsus alterius. vide tur q̄ sicut nunc in illo opere absorbetur vsus rōnis. ita ⁊ tunc sed hoc nō pōt esse sine bois subuersione. ergo nō esset natura ordinata. sed inordinata ⁊ subuersa. ¶ Itē si tanta esset tūc de lectatio in pūtia ⁊ coniūctione sexuū quāta est nūc. ergo simili ter tantus esset appetit⁹ in absentia quantus est nūc. sed vehe mentia appetitus ⁊ desideriū excitat pruritū. ⁊ pruritꝰ vehemē tia facit mēbra illa inobediētia rōni ⁊ repugnātia. ergo in sta tu ante lapsum esset pugna ⁊ cōtrouersia. qō est cōtra oēs san ctos. ⁊ contra fidē fineram. Restat ergo q̄ tpe nature institu te in seruū cōmixtione non erat delectatio intēsa. ¶ Rñ. intel ligendū est dic duplicē modū esse dicēdi. Quidā em̄ dicere vo luerunt q̄ tanta vel maior erat delectatio tūc q̄ nunc. ⁊ tñ non erat immoderata. Tanta erat ꝓpter naturalis virtutis per fectionē immoderata nō erat ꝓpter inferioꝝ virtutū subiec tionē. Ratio el dominabat illi delectatōi. ⁊ cā deferebat i suū finē. ⁊ ideo nō absorbebat nec erat ibi repugnātia. Et per hoc volunt soluere obiecta. Est ⁊ alius modus dicēdi qui magis concordat verbis Aug. ⁊ probabilitati rōnis. s. q̄ in decisione seminū. ⁊ cōmixtione sexuū. tpe nature institute aliqua fuisset delectatio. moderata tamen ⁊ mensurata sm̄ q̄ exigebat homi nis rectitudo. ⁊ sm̄ q̄ eam volebat temperare ratio hominis ⁊ ideo nō erat tanta quanta est mō. Nunc em̄ q⁹ virtuosilla maxi me eximit rōnis imperiuꝫ. dum ratio amisit originalis iusticie vinculū ⁊ retinaculū. per qō imperabat viribus inferioribus. ideo laxatis sibi habenis toto ipetu ⁊ conatu se ꝓcipitat in de lectabile sibi oblatū. nō ꝓpter intensionē virtutis mouētis. sꝫ ꝓpter defectū virtutis retardātis. Uñ sicut equ⁹ lasciu⁹ rupto freno velocius currit ⁊ impetuosius q̄ cū infrenat ⁊ detinet a suo sessore. ita nō habeat maiorē virtutē. sic ⁊ in ꝓposito intelli gendū est se habere. ⁊ hoc est qō dicit Aug. de ciu. dei. Nuptie ille digne felicitate paradisi ſsi pctm̄ non fuisset ⁊ diligendaꝫ prolē gignerent. ⁊ pudendā libidinē nō haberent. Et ideo cō cedende sunt rōnes oūdentes q̄ non esset tūc tanta delectatio nis intēsio quanta ⁊ nunc. cū mō tanta sit vt modū ⁊ ordinē de
17 bitum nō obseruet. ¶ Ad illud ergo qō obijcit in cōtrariuꝫ q̄ natura desiderat emittere superfluitatē. dōm q̄ verum est. sed illud desideriū habet terminū ⁊ limitē. ⁊ in natura instituta il lum terminum non exiret. nunc aūt exit et⁊ ratio pt⁹ tacta est.
18 ¶ Ad illud qō obijcit q̄ delectatio venit ex cōiunctione cōue nientis cuꝫ conuenienti. ⁊ sensu eiusdē. dōm q̄ non tm̄ venit ex coniūctione. sed etiam ex virtutis cōuersione sup delectabile. in statu aūt nature institute ⁊ si esset coniūctio conueniētis cū cōuenienti ⁊ sensus. non tm̄ tanta esset virtutis incuruatio ⁊ in clinatio quanta est mō. ⁊ ideo non esset tam ꝑuersa ⁊ tā intēsa
19 delectatio. ¶ Ad illud qō obr̄ q̄ virtus delectat in cōpletiōe ⁊ facilitate sui actus. dōm q̄ verum est. sed tamen adhuc ista delectatio terminum prefixuꝫ debet habere. ⁊ haberet vtiq⁹ si homo stetisset. Et qm̄ illū merito. pcti egredit. hinc est q̄ am plius delectat. q̄ uis delectationis materia non sit maior.
20 ¶ Ad illud qō obr̄ q̄ amplius delectaret homo in sensu visus ⁊ auditus. dōm q̄ verum est de delectatione naturali. sed non est verū de delectatiōe curiositatis. Nec est simile de delecta tiōe que est in visu ⁊ q̄ est in tactu. qm̄ visus delectat in obiecto qō est nobile. ⁊ magis accedit ad naturā spūalē. sil⁹ ⁊ auditus ⁊ ideo in beatis delectatio visus potissime intēdet. tact⁹ vero delectat in re magis grossa ⁊ materiali. ⁊ iō intensio siue dele ctationis magis repugnat statui spūali. ⁊ magis reddit bolez carnalē ⁊ animalez qualis est homo in statu miserie. Et sic ꝑz q̄ illud non est simile.

Questio. iiij Utrū in illo coitu esset integritatis corruptio. Et q̄ nō vī ꝑtio p Aug. xiiij. de ciui. dei. Sine vlla corruptiōe integritatis infunderet marit⁹ gremio mulieris. ergo vī q̄ si bō stetisset nulla esset in tegritatis corruptio. ¶ Itē vbi est corruptio integritatis ibi reba bente sensum est passio ⁊ dolor. qz dolor est sensus diuisiōis ꝑ tiū sicut dicit phō. si g̃ in actu illo fuisset integritatis corruptio cū esset in re bñte sensum. nihilomin⁹ esset p cōsequēs doloris passio. sed hec passio nō poterat esse in natura stante. ergo nec integritatis corruptio. ¶ Itē vbi est corruptio integritatis ibi est amissio virginalis dignitatis. sed si bō stetisset. in actu illo nō fuisset alicui⁹ dignitatis amissio. ergo nec integritatis vio latio. ¶ Itē corruptio integritatis est ꝓncipiū destructōis di sponēs ad mortē. immortalitas em̄ integritatē dicit ⁊ ꝓuat cor ruptionē. si g̃ statu illo manēte tā vir q̄ mulier erāt immortales ergo integritatē p corruptionē aliquā non poterāt perdere. ¶ Sz cōtra. Impossibile est semē suscipi ⁊ emitti nisi p aper tionē viarum sed in actu gñationis fuisset sexuum vel seminuꝫ cōmixtio. g̃ fuisset ⁊ viarū apertio. si igit̄ in apertione viaꝝ in tegritatis virginalis est violatio. igit̄ ⁊c. ¶ Itē q̄uis naturas lia sint deteriorata. nō tm̄ sunt ablata. g̃ sicut mō cōmisc⁹ cū mas rit⁹ vxori. ita ⁊ tunc. sed nūc non pōt cōmisceri sine corruptiōe integritatis. ergo nec tūc. ¶ Itē q̄ aliqua virgo cōcepit hoc est miraculū. ⁊ ꝓtiū soli⁹ matris xp̄i. si ergo miraculū est su ꝑa naturā ⁊ cōtra naturā. vī q̄ natura stante nulla mulier pos set concipere virginitate manente ⁊ corporis integritate.
¶ Itē mulier nō posset parere salua vxoris integritate. qz fer⁹ nō posset nisi p apertā portā exire. exire ei p ianuā clausaꝫ b̄ ē solius ꝓpriū xp̄i ⁊ nature ipossibile. si g̃ esset integritatis cor ruptio in partu. pari rōne ⁊ in cōceptu. ¶ Rñ. dōm q̄ propōsi 21
ta qō plus habet curiositatis q̄ vtilitatis. qz tm̄ habet ortuꝫ ex verbis Aug. ideo introducta est maxime ꝓpter explanationeꝫ illius verbi qō dicit q̄ maritus cōmisceret vxori sine vlla cor ruptione integritatis. qō quidē nō vī esse intelligibile. si enim mulier ꝑmaneret integra. nūq̄ esset viri ad mulierē. carnis cō mixtio. ¶ Propter qō intelligēdū est q̄ integritatis corruptio 22
tria dicit. s. clauſtroꝝ apertionē. penalē passionē. ⁊ fedaꝫ delec tationē. primum est nature. scōm est pene. tertiuꝫ vero est cor ruptiōis vitiose que tenet medium inter culpā ⁊ penā. Si igit̄ vir cognouisset vxorez in tpe nature institute. fuisset ibi clau strorum apertio sicut oūdunt rōnes scōo inducte. non tm̄ fuis set ibi penalis passio ac feda delectatio. qz vis gñatiua nec cēt corrupta nec esset infecta. imo obedirent rationi illa mēbra. si cut dicit Aug. sicut obediunt os. manus ⁊ lingua. vī sicut ma nus aperit ⁊ clauditur. ⁊ os aperit ⁊ clauditur. nec est ibi pas sio vel pena. nec delectatio feda. sic fuisset in natura instituta. nec turpius fuisset tunc loq̄ de istis mēbris q̄ sit loqui de alys nunc em̄ turpe est loq̄ ꝓpter hoc q̄ natura horret ⁊ erubescit actum illū ratiōe feditatis q̄ in ipso cōsistit. Et sic ꝑz rñsio ad rationes ad partē oppositam. oēs em̄ procedunt de corruptiōe sm̄ q̄ corruptio sonat in violētiaꝫ ⁊ penalitatē. ⁊ in delectatio nem ⁊ in feditatē. ⁊ sic minuit dignitateꝫ virginalem. ⁊ hoc ꝑz pertractanti singulas.

Questio. v Utrū in q̄libet ꝓiunctiōe viri ⁊ mulieris esset plis gñatio. Et q̄ sic vī. Optimo 23
nū ꝑ tpe innocētie erat solū i officiū nō i remediū. sꝫ offm̄ ꝑ stit in ꝑeādo prolē. g̃ solū ad hoc erat. si g̃ vir ⁊ mulier nō cō iugebant matrimonialr. nisi ꝓpter q̄ erat matrimoniū. vī q̄ nunq̄ cōiuncti essent quin prolē generarēt. ¶ Itē qui debituꝫ petit in statu nature lapse ꝓter necessitatē prolis ꝑeāde pec cat saltē venialiter. ergo ibi nunq̄ vir peteret debitum ꝓter necessitatē plis procreāde. aut si peteret peccaret ⁊ caderet a statu innocētie. g̃ illo statu manēte nūq̄ cognosceret vxorē q̄n ex ea suscipet prolē. cū ibi actus nō esset priuat⁹ debita intētio ne. nec intētio debito fine. priuatio em̄ intentiōis recte nō est si ne culpa priuatio vero vtilitatis intēte nō est sine pena. quoꝝ neutruꝫ erat in natura instituta. ¶ Itē nūq̄ bō comedisset q̄n ex illa comestiōe sumpsisset refectionē. nec vnq̄ nutritiua i suo actu priuata fuisset ꝓprio effectu. g̃ pari ratiōe gñatiua in suo actu nūq̄ caruisset debito fructu. sꝫ fruct⁹ eius est pcs. g̃ ⁊c.
¶ Itē nunq̄

¶ Jtē nunq̄ bō semināsset terrā quin ex ea collegisset fructū tē poraneū. sterilitas eñ nō fuit in terra nisi ꝑ bois culpā. ergo si vēter mulieris ita erat alien⁹ a sterilitate sicut terra tpe nature istitute. igit nūq̄ mulierē cognouisset quin ex ea debitū fructū sumpsisset. ¶ Sz ꝺ. vis nutritiua semē administrat generatiue. g̃ cū bō ꝓtinue nutriret. humor seminari⁹ gñatiue ꝓtinue administrabat. g̃ vel oportebat boiem extraordinarie pollui. vel naturā grauari extēsiōe seminis. vel aliq̄n mulierē cognoscere qñ nō esset apta gñare. vt pote qñ plē haberet in vētre. si g̃ prima duo mēbra sunt icōuenientia. restat g̃ tertiū. s. q̄ vxorē aliq̄s cognouisset. qñ plē nō generasset. ¶ Jtē sicut comedere est act⁹ naturalis. ita etiā t coire. sz bō naturaliter appetit comedere nō solū in statu nature lapse. sz etiā institute. g̃ pari rōne naturaliter appetebat coire. sz bō tpe nature i stitute debebat appetitui nature satisfacere. cū natura eēt ordinata t ordinate appeteret. alioquin penā sentiret. g̃ videt q̄ siue mulier posset ꝓcipere siue nō. vir ꝓter necessitatē plis generāde aliq̄n mulierē cognoscere. ¶ Jtē ponat q̄dā cognoscere vxorē suā p̄gnātē. q̄ro aut peccaret aut nō. Si non. igit nō erat necesse q̄ in oī coitu generaret. Si sic. Cōtra. sancti⁹ erat tūc mrimoniū q̄ tpe nature lapse. t eque magne t maioris efficacie. sz nūc ꝓp bonū mrimonij excusat coitus a culpa etiā qñ nulla est plis generāde necessitas. g̃ videt q̄ multoforti⁹ tūc. ¶ Jtē nō erat maior inordinatio in ꝓtactu illoꝝ mēbrorū q̄ in admouēdo manū ad os. sz man⁹ admoueri pōt ad os sine aliquo pctō ꝓter necessitatē. g̃ vr q̄ adā potuit cognoscere vxorē suā absq̄ pctō ꝓpt necessitatē plis generāde. ¶ Rñ.
23 dōm q̄ vir in quo libet actu quo cognouisset vxorē suscepisset ex ea plē. Et rō huj⁹ est. q: ꝓgruētia ordinis exigebat. t pfectio vtutis ad hoc sufficiebat. Exigebat nāq̄ hoc ꝓgruentia ordinis duplicis. s. virtutis generatiue ad rōnē. t vtriusq̄ ad suū finē. Vis eñ generatiua ordinē habebat ad rōnez. ordinē inq̄ pfecte subiectiōis. t iō in actū nō exibat. nisi fm q̄ rō dictabat. rō aūt recta t ordinata dictat nulla re esse vtendū nisi ad id ꝓp q̄ō est. t q: vis generatiua data fuit boi ad plis multiplicationē. ideo recta rō nunq̄ dictaret. t vis generatiua nū q̄ exiret in actū nisi ꝓp plis generationē. hoc eñ ꝓgruebat natura bois exigebat. Perfectio aūt vtutis aderat que ad hoc sufficiebat. Q: eñ vis generatiua in viro ad generandū erat potēs t sufficiēs. nec habebat impedimētū. sil⁹ t in muliere p̄ suo loco t tpe. iō cū ordinate cognosceret vir vxorē. semp ex ea plē susciper ꝓp exigētiā duplicis ordinis. t sufficientiaz duplicis virtutis. s. generātis t ꝓcipiētis. sicut p̄dictū est. Uñ rōnes
24 ostēdentes concedēde sunt. ¶ Ad illud ergo q̄ō primo obiicit in cōtrarium q̄ nutritiua semp deseruiret generatiue. dicēdū q̄ ita esset natura ade ordinata. vt nunq̄ de cibo sumeret. nisi adeo tēperate q̄ superfluitas tertie digestiōis que quidē dr̄ semē nō esset sufficiēter coadunata. quousq̄ veniret hora debita generādi. Adā eñ in statu innocentie posse nature sue cognouisset. t sufficiētiā alimēti t tp̄s t horā q̄n generare debuisset. t ita viueret modeste t sobrie. q̄ nec ad supabūdātiā. nec ad i
25 digētiā declinaret. ¶ Ad illō q̄ō obr̄ q̄ naturaliter appeteret coire sicut comedere. dōm q̄ nō est sile. q: act⁹ comestiōis ē ordinatus ad salutē indiuidui i quo ꝓtinue fit depditio. act⁹ vo gñatiōis ad ꝓseruationē spēi t multiplicationē fiēs quam nō opz ꝓtinue fieri: sz tpibus determinatis. t iō nō sic essz appetitus naturalis ad coitū sicut ē ad cibū. nec ita ꝓtinu⁹ nec ita frequēs. Si eñ in viris castis etiā tpe nature lapse nō est sic ficti natio ad coitū sicut ad cibū. multominus nec in adaz erat. Q: aūt ita intendat apperit⁹ vis generatiue. b̄ pot⁹ est corruptionis nature q̄ institutiōis primarie. ¶ Ad illō q̄ō obr̄ q̄ si cog
26 gnosceret p̄gnātē nō peccaret. dōm q̄ p̄gnās nō pōt cognosci sine deordinatiōe. vel que fit. vel que videt. Et q: in statu innocētie deordinationē timere nō poterat. q: nō erat sibi titillatio nec ꝓurit⁹. ideo si tūc cognouisset. si sciuisset se iustiliter cognoscere inordinatus fuisset. t ideo peccasset. Nec est sile q̄ō inducit de matrimonio in statu nature lapse. q: tūc nō solū est in officiū procreāde ꝓlis. sed etiam in remediū vitāde fornicationis sicut melius in quarto libro patebit. ¶ Ad illud q̄ō obiicitur
27 q̄ non esset ibi maior deordinatio q̄ in admouēdo manū ad os dicendū q̄ similitudo illa attēditur quantum ad hoc q̄ vtrūq̄ membrorū rationi subiacebat. t vtrū q̄ cōcupiscētie pruritia t ardorem ꝓbat. in hoc tamen dissimilitudo est. q: magis oportebat actum illū ad finē debitum ordinare. q̄ qualēcunq̄ motum manus vel pedis. ꝓpter determinationē visus illorum mēbrorum ad productionē prolis. visus autē manus vel pedis nō est ita determinatus. t ideo non oportet cum tanta deliberatione exerceri.

Questio. vj Et vltima. Utrū equalis fieret multiplicatio virorū t mulierū. Et q̄ sic vr̄ 5
Natura sic procederet in generando sicut deus eaz instituit. sz deus cum produxit naturam humanā. produxit masculinaz. t femininā. in pari nūero. ergo similiter t natura in pari numero multiplicasset. ¶ Item generatio hominis non poterat continuari nisi per masculū t feminam. t ita necessaria est ad generationē mulier sicut t masculus. ergo videtur q̄ natura equaliter intēderet vtrumq̄ sexum. sz sicut intēdebat ita multiplicabat. ergo ꝛc. ¶ Jtē sicut vir intēdit se saluari in simili. s. in viro quē generat. sic t mulier in consimili sez in muliere. sz natura eque bñ esset ordinata in muliere sicut in viro. ergo si vir nō frustratur sua intētione. similiter nec mulier. igitur quot conciperet masculos ad conseruationē sexus virilis. tot concipet feminas ad conseruationē sexus muliebris. ¶ Jtē in statu innocētie sicut quilibet comederet. ita quilibet prolē multiplicaret. cum omnibus esset dictū. Crescite t multiplicamini ꝛc. ergo quilibet baberet vxorē. si ergo matrimoniū requirit q̄ sint duo in carne vna. tot essent viri quot mulieres. nec plures nec pauciores. ¶ Sz contra. sicut dicit pbs in li. de aialib⁹. Femina est vir occasionatus. ergo videt esse ꝓter nature intētionez sed tpe nature institute cum natura esset recta. nihil produceretur ꝓter intētionē ipsius ergo videtur q̄ nulla mulier gñaretur. vel saltē pauce. igitur plures eēnt viri q̄ mulieres. ¶ Jtē sicut vult pbs. Natura semp desiderat quod melius est. sz sex⁹ virilis pfectior est t melior q̄ sex⁹ muliebris. ergo natura magis desiderat generare virū q̄ mulierē. si ergo sic produceret fm q̄ desideraret plures produceret viros q̄ mulieres.
¶ Item gñatio maris est ꝓpter vigorē virtutis generantis t seminis decisi. sicut dicunt naturales t medici. sed in statu nature institute virtus gñatiua t semē decisum completam t sufficientē haberet virtutē. ergo semp vel pluries masculos gñari contingeret. ¶ Jtē cū semē viri p̄dominat femini mulieris tunc ad propriam naturam trahit t conuertit. sed fm ordinem nature masculus potētior est femina. ergo natura stante semp vel pluries vinceret semen virile. ergo plures gñaret natura masculos q̄ mulieres. ¶ Rñ. dicēdū q̄ si homo steriliss̄et. equa- 28
liter natura multiplicaret viros t mulieres. Rationē aūt huius facile est accipere a parte finis ad quē. sed difficile est accipere a parte principij a quo. A parte nam̄q̄ finis ad quē ratio est in promptu. Cum eñ distinctio sexuum esset ꝓpter multiplicationē gñis humani t completionez numeri electorum t illa multiplicatio ad oēs spectaret. t hoc solum fm legē matrimonij in qua tantum vna erat vnius necesse est si natura stetisset. tot fuisse mulieres quot viros. cū nulla mulier careret viro t nullus vir careret vxore nec vna esset plurib⁹. nec plures vn⁹
Rōnē aūt a parte principij effectiui assignare est difficile pōt tñ sic inuestigari. descendēdo ad principia alterius scientie. sz naturalis t medicine quarū vtraq̄ famulari habet theologie.
¶ Magna est eñ q̄stio apud naturales t medicos de distātia 29
gñationis maris t femine t cum queritur quare modo masculus modo femina generatur. tripler ratio redditur a diuersis
Una a parte vasis suscipientis. si eñ suscipitur in parte dextra. dicunt q̄ ibi gñatur vir ꝓpter fortē calorē qui ibi viget t. si in parte sinistra. sic gñari habet mulier. Secunda ratio redditur ex parte commixtionis vtriusq̄ sex⁹ sz viri t mulieris. Si eñ p̄dñat semē viri. tunc trahitur ad naturā viri t gñatur masculus. si vero semē mulieris tunc trahitur ad suā naturam t gñatur sexus femineus. Tertia ratio redditur ex parte virtutis seminis virilis. Si eñ semē virile fuerit virtutis fortis ex concursu triplicis caloris t spiritus in tpo cristētis. tūc fit fortior coagulatio t complexio. t gñatur sexus vigorosus id est masculus. Si aūt fuerit virtutis debilis. tūc fit coagulatio mollior t fragilior. t generatur ex eo sexus infirmior scilicet femineus
Hec aūt ratio tertio dicta principalior est inter istas tres nec alie habent efficaciam nisi ab ista. Nam sicut vult philosoph⁹. principaliter mouens in generatiōe siue maris siue femine est semē virile. t ideo nec semen mulieris ꝓpie habet semini virt

nocēdo spūaliter. Calliditatē in nocēdo corpaliter bō. bz ser
pēs nature sue industria loquēdo saltē fm statū nature lapse.
Calliditatē vero nocēdi spūaliʒ nō bz a se. sz a dyaboli pfitia. ⁊
de bō loqf Aug. ⁊ mgr i lra. Et qz spūalia dīr significari p cor
poralia sibi filia. tō cū serpēs ex se habeat calliditatē nocēdi ⁊
insidiandi corporaliter. cō

Que sit gruz fuit p ipm dyabolū exteriꝰ exercere calliditatē suam tentatō ⁊ a quo fiat.

cō Porro sciēdū est duas cē species tentat ois. interiꝰ ⁊ exteriꝰ. Exteriꝰ tentatio est quādo nobis extrinsecus malū visibiliter suggeritur verbo vel signo aliq̄ vt ille cui fit ad ꝯsensuz peccati declinet. ⁊ talis tentatio tantū sit ab aduersario. Interiꝰ vero tentatio qñ invisibiliter malum nobis intrinsecus suggeritur. ⁊ hec tentatio aliquādo fit ab hoste. aliquādo a carne. Nam ⁊ dyabolus invisibiliter mala suggerit. ⁊ ex carnis corruptiōe suboritur motus illicit⁹ ⁊ titillatio prava. ideoq̄z tentatio q̄ fit ex carne non est sine peccato. que aūt est ab hoste nisi ei cōsentiatur: nō bz peccatū. sed est materia exercendē virtutis. Tentatio autez carnis interiꝰ difficilī⁹ vincit. qꝰ interi⁹ oppugnans de nostro cōtra nos roborat.

Que sit tentatō interiꝰ ⁊ exteriꝰ

cō Sciendū est duas esse spēs tentatiōis. interiorē s. ⁊ exteriorem. Contra. exteriꝰ tentatio non est nisi a q̄ fiat. ꝓpter interiorē. nec ad cupā pducit nisi mediāte interiori. ergo nō videt qꝰ ab invicē habeant distingui. Itē subdiuidit interiorem in eā que est ab hoste. ⁊ in eam que est a carne. ⁊ videtur qꝰ divisio illa sit insufficiens. qꝛ nō solum tentatio est ab hoste ⁊ carne sed etiā a mundo. fz illud. j. Joh. ij. Oē qō est in mundo aut est cōcupiscētia carnis ⁊c. Querit ergo de sufficientia bonorum membroꝝ. Et cū alibi legant plures alie differentie tentationis. queritur quō distinguuntur ab illis. Respō. dōm qꝰ tentatio quinq̄z modis cōsiderari potest. s. q̄tum ad motiuum. q̄tuz ad instrumentū. quantū ad effectū quantū ad gradū. ⁊ quantū ad modū. Quātum ad motiuū. vel generaliter vel specialiter. Si generaliter sic diuiditur tentatio in eam que est ab hoste. ⁊ a carne. ⁊ a mūdo. vt dicitur in quadam sequentia. mundus caro demonia. diuersa movent prelia. Et specialiter vt dicatur motiuū qō se offert nō soluz per modū obiecti. sed etiā quod inducit ⁊ excitat per modū impulsiui. sic est illa divisio quā ponit magr in littera. qꝰ tentatio alia est ab hoste. alia a carne. quoruz vtrūq̄z habet ad malū incendere. Si aūt loquamur quantū ad instrumētū. sic dupliciter potest cōsiderari. aut generaliter. aut specialiter. Si gñaliter. sic est illa divisio Breg. qꝰ tentatio quedam est per vitia. q̄dā per flagella. Si specialiter sic est illa divisio tentatiōis quā ponit glo. in ps. super illud. Oēm escam abhominata est ⁊c. vbi dicit qꝰ multiplex est tentatio. Quaꝛ prima est erroꝛ siue nescientia vie veritatis. Scōa difficultas vincendaꝛ cōcupiscentiaꝛ. Tertia tediū boni. Quarta tēpestas seculi. Si tertio mō sc̄z q̄tum ad effectū cōsideretur ipsa tentatio. similiter dupliciter potest ꝯsiderari. aut gñaliter aut specialiter. Si generaliter. sic est illa q̄ ponit in glo. super illud j. Thoꝛ. xij. Tentatio vos nō app. ⁊c. vbi dr in glo. qꝰ tentatio alia dyabolica. alia est humana. Et differūt. qꝛ sicut ibidez invitur. tentatio dyabolica est q̄ malū habet exitū. ⁊ q̄ termīnatur ad moꝛtale pctm̄. Tentatio vel humana dicit q̄ exitum periculosum nō habet. vel qꝛ ibi est pctm̄ veniale. vel nulla est ibi culpa. fm qꝰ ostenditur in glo. vbi dicit qꝰ tribus modis habet fieri tentatio humana. Si specialiter. sic est illa Augu. de doctrina xp̄iana. qꝰ dyabol⁹ tentat. aut vexando carnē. aut vulnerando naturalia. aut expoliando gratuita. hic enī ponūtur specialiter effect⁹ tentationis dyabolice. Si autez quarto mō cōsideret tentatio. s. q̄tū ad gradū. hoc potest esse dupliciter. aut gñaliter. aut specialiter. Si generaliter. sic est illa quā ponit magister in littera. tentatio alia est exteriꝰ alia interiꝰ. Si specialiter. sic est illa quā ponit Breg. ⁊ habet in glo. super illud Jacobi. j. Unusquisq̄z tentat a cōcupiscētia ⁊c. qꝰ tentatio tripliciter perficit suggestione. delectatiōe. cōsensu. vbi notāt⁹ grad⁹ in pgressu tentatiōis explicite. q̄ ponebant in divisione pr⁹ habita implicite. Per tentationē enī exteriorem intelligim⁹ suggestionē. per interiorē intelligim⁹ illā in qua est delectatio vel cōsensus. Et per hoc patet rōsio ad illud qō primo obiect qꝰ illa mēbra adinuicē nō distinguunt cū vnū ordinetur ad alterū. Si aūt quinto mō cōsideretur tentatio. sc̄z quantū ad moduz tentandi. hoc similiter aut erit generaliter. aut specialiter. Si gñaliter. hoc pōt esse vel explicite vel ipliciter, Si implicite. sic est illa q̄ ponit in gl. super Psal. Qui habitat in adiutoꝛio. vbi dicit qꝰ quedā est tēptatio levis ⁊ occulta quedā grauis ⁊ occulta. q̄dā levis ⁊ manifesta. q̄daz grauis ⁊ manifesta. Si aūt explicite. sic est illa quā ponit Bern. p septē membra. Quaꝛ prima est impoꝛtuna. s. que procaciter insistit. Scōa dubia. s. q̄ aīm dubietatis nebula involuit. Tertia est subita sc̄z q̄ iudiciū rōnis ꝓuenit. Quarta occulta que sc̄z deliberationis ordinez ꝓterfugit. Quinta violēta que vires nostras transcēdit. Sexta fraudulenta. q̄ sc̄z aīm seducit. Septima ppleva. que variis vtriꝰq; pcedit in hac cū divisione explicant difficultates ⁊ gratuitates tentationum siue modoꝝ tentandi. ⁊ latentie q̄ in priori divisione implicite claudebantur. Verūtamē tā hec divisio qꝰ pcedēs de modis tēptatiōis in sua generalitate cōsiderat. Si aūt consideret specialiter tentatio put ꝓtrahit ad tentationē dyaboli. sic modi eius pōt dupl⁹ assignari. Vel implicite. ⁊ sic dimisit aug. in quodā sermone. Dyabol⁹ tentat vt leo. tentat vt draco. Vel explicite ⁊ sic est illa divisio Breg. sup Job. xl. super quē locū dicit Breg. sic. Fideli famulo dns cunctas hostis callidi machinationes insinuat. s. qꝰ opprimendo rapit. insidiando circūuenit. minando terret. suadendo blandit. desperādo frangit. ꝓmittendo decipit. In hac aūt divisiōe explicant modi quos Aug. clauserat sub bis duobus verbis. qꝰ tentat vt leo. tentat vt draco. Et sic pz ratio assignandi diversas divisiones tentationis. fm diversas eius considerationes. pz nihilominus responsio ad obiecta.

d¶ Tēptatio aūt carnis ⁊c. Cōtra. cū dyabol⁹ possit carnē commouere ⁊ vexare. vī fl⁹ qꝰ tentatio q̄ est ab hoste sine peccato esse nō possit. Itē cū nō sit in nostra potestate tentari vel non tentari. vī qꝰ tentatio de se nō ponat in nobis culpā nisi ei consentiat. sicut ergo tentatio hostis cui nō ꝯsentit est materia exercēde virtutis. ita vī etiā tentatio carnis ꝓpter hoc est qō ꝛe tentatio carnis est magis semꝰ cuz pctō qꝰ tentatio hostis. Rñ. dōm qꝰ tentatio carnis est ipulsus sensualitatis quēcūq; nimus appellare primū motuz. ⁊ qñ in illo ipulsu sensualitas mouet inordinate. ⁊ pter rōis ordinē. hinc est qꝰ tentatio carnis nūq̄ est in nobis q̄n sit in nobis aliq̄ inordinatio. ⁊ ita aliq̄ venialis culpa. Tentatio vo hostis oīno extra est. ⁊ pōt esse sine aliq̄ delectatiōe inordiata in nobis existēte. ⁊ ideo dicit mgr qꝰ tentatio hostis pōt esse sine pctō. tentatio vero carnis minime. Alia etiā posset reddi ratio. qm̄ est in potestate nostra. ⁊ cā possumus ad libitū nostrū domare. ideo potius imputat nobis in culpā carnis impulsio qꝰ dyabolica suggestio. Quō aūt carnis impulsus siue primi motus debeant dici esse pctm̄ infra suo loco magis exp̄esse determinabitur.

AD intelligentiā aūt huius partis circa tria incidit hic questio. Primo querit de tentatōe primoꝝ parentū. Secundo queritur de diversitate tentationū. Tertio vero incidit hic q̄stio circa quantitatē ⁊ qualitatē peccati qō ex illa tentatione est secutū. Circa primuz queruntur tria. Primo queritur de tentatione primoꝝ parentum q̄tum ad motiuum. Scōo q̄tum ad instrumentum. Tertio q̄tum ad ordinem ⁊ progressum.

Questio. j. Circa quā sic ꝓcedit ⁊ querit q̄d moueꝛit dyabolū principaliter ad tentandum hominem. Et qꝰ invidia videt primo per illud qō dicitur Sapiē. ij. invidia dyaboli mors introivit in orbē terraꝝ. introit⁹ autem mortis fuit per tentationez ⁊ seductionem hominis. ergo ad tentandum hominem invidia dyabolum commouit.

¶ Item Breg. in moral. In paradiso dyabolus invidens homini superbie vulnus infixit. ergo cū vulnus infixerit per tētationem tentatio fuit invidia. ¶ Itē dyabolus tentando hominem factus est homicida. fm qꝰ dicit Johannis. viij. Ille homicida

bomicida erat ab initio. sz bomicidiū pcedit ex odio. odiū aūt pcedit ex inuidia. ḡ a p̄ncipio tētatiō bomis in qua diabolus fuit bomicida pceſſit ex inuidia. ¶ Itē dēsiderat casuz alterius sine suo fructu. nō mouet ex amore cōmoditatis ppie. sz ex odio felicitatis aliene. sz diabolus casuz bois desiderabat ⁊ abs ḡ suo fructu sicut cō stat ḡ mouebat odio felicitatis būane ad tētandū bolem: sz tale odiū nō est aliud q̄ inuidia. ḡ ⁊c. Sed ⁊. Dis inuidia est respectu paris vl' supioris. ſm q̄ dicit Greg. super illud Job. Paruulū occidit inuidia. superioris inquam saltem ſm reputationem sed diabolus non reputabat hominem superiorem sibi. ergo videtur q̄ ei nō inuidebat. ergo si ipsum tentabat. boc non erat ex inuidia. ¶ Item inuidia est respectu boni qō quis aliquo modo potest acquirere sz diabolus nō poterat venire ad eternā beatitudinē. quia lapsus erat irrecuperabiliter. ergo videtur q̄ propter illius acquisitionem non inuidebat homini. ¶ Item inuidia est respectu boni quod desiderat. null' em̄ inuidet alicui de aliquo. nisi cum illud amat et cupit. sed diabolus nec cupiebat mandatis dei obedire. nec ad supernam patriam ascendere. nec amicus dei esse ꝓpter sui desperationem. ergo videtur q̄ boc in homine non inuideret. ergo ⁊c. ¶ Itē inuidia non est nisi respectu eius quod natum est diminuere bonū ꝓprium sed beatitudinis acquisitio nullius bonus potest diminuere. ergo non est aliquid quod ab aliquo inuideri possit. ergo videt q̄ si diabolus aliquo appetitu boiem cadere fecit. ex inuidia motus nō fuit. ¶ Rñ. dicēdum q̄ sicut pretactum fuit ista duo pcā sunt que maxime possident mētem diaboli supbia ⁊ inuidia. Unde sicut habitum fuit supra. ⁊ Augustinus dicit. Ex bis duabus qui prius erat lucifer. diabolus fact' est. ⁊ sunt quasi bec duo inseparabilia. ita q̄ vnum cōcomitatur ad alterum. Superbus em̄ amat excellentiam. ⁊ ira nullus vult habere parem. ac per boc statim appetit excellentiā singulariter possidere. ⁊ iō statim vel actu vel habitu inuidet cū nolit bonum cōsimile bono quod appetit ab alio cōmunicari. Odens igitur diaboli ab bis duobus vicijs possessa. videlz superbia. ⁊ inuidia. videns boiem in statu quo poterat cadere sub diabolicā potestatem. ⁊ in quo poterat ascendere ad supnam felicitatē ex qua ipe ceciderat. ⁊ ex supbia motus est. ⁊ ex inuidia ad ipsum tentādū Ex supbia nacz vt ipsum sibi subijceret. ex inuidia vo. vt ipm a superna felicitate impediret. Et supbia fuit sicut mouēs primum. inuidia vo sicut mouens proximū ⁊ immediatum. Esto em̄ q̄ non posset dominiū super boiem acquirere. adbuc studuisset ipsum a paradisi gaudijs impedire ⁊ ideo scriptura dicit ⁊ eius expositores. diabolū ad tentādum bominem ex inuidia motum esse. Et cōcedēde sunt rationes boc ostēdentes

¶ Ad illud quod primo obijcitur q̄ inuidia est respectu supioris vel paris. Dicendum q̄ non solum est respectu superioris

¶ Concludit ꝓpter tentationē p̄ambulā remissibilitatem humani pcti. c

¶ Hō ḡ q̄ sola exteriori tētatione pulsat' cecidit tāto gravi' plectēdus erat. q̄to leuiori impulsu fuerat pstrat'. Et tñ q: aliquā sz modicā cadēdi occasionez habuit. idcirco p dei gr̄az iuuari potuit ad veniam vt q̄ p aliū ceciderat p aliū eriger̄. Qui ḡ incitationē habuit ad malū nō iiuste reparatorem habuit ad bonū. Diabolus vo q: sine alicui' tētatiōe peccauit. p aliū vt surgeret iuuari nō debuit nec p se potuit ⁊ iō irremediabile pctm̄ ei' exstitit. pctm̄ vo bois sicut p aliū habuit initiū, ita p aliū nō incongrue habuit remedium. Preterea āgelica natura qm̄ nō tota pierat sed ex pte pstiterat nō est redēpta būana vo toto pierat. ⁊ iō ne penit' pderetur ex pte est redēpta vt ide ruina supplere̅ angelica. ¶ Aū Aug. i ench. Placuit vniuersitatis creatori ⁊ moderatori vt qm̄ nō tota multitudo angelor̄ deū deserēdo pierat. ea q̄ pierat in ppetua perditione remaneret. Que aūt cū deo illa deserēte perstiterat. de sua certissime cognita semp felicitate gauderet. At vo creatura rationalis que in hominibus erat qm̄ peccatis atcz supplicijs tota pierat. ex parte poterat reparari. Unde angelice societati supplere̅ qō ruina illa minuerat. boc enim promissum est sanctis q̄ erūt equales angelis dei. Illud etiam notandum est q̄ non soli viro preceptum videtur esse datum cum ipsa mulier testatur sibi etiam esse mandatum dicēs. Precepit nobis deus ⁊c. Supra tamen legitur ante factam mulierē deum dixisse viro. De ligno scientie boni ⁊ mali ne comedatis. Non dixit. ne comedas. Forte q: facturus erat mulierem de viro. sic precepit vt per virum ad mulierem perueniret mandatum quia mulier que subiecta viro fuit. non nisi mediante viro diuinū debuit accipere preceptum. Unde apls. Si quid discere voluerint. domi viros suos interrogēt. Si queritur quomō loqui potuerunt vl'o quētem intelligere qui nō didiscerant inter loquentes crescendo vel magisterio dicim'. quia deus eos tales fecerat qui possent loqui ⁊ discere ab alijs si essent.

tate gauderet. At vo creatura rationalis que in hominibus erat qm̄ peccatis atcz supplicijs tota pierat. ex parte poterat reparari. Unde angelice societati supplere̅ qō ruina illa minuerat. boc enim promissum est sanctis q̄ erūt equales angelis dei. Illud etiam notandum est q̄ non soli viro preceptum videtur esse datum cum ipsa mulier testatur sibi etiam esse mandatum dicēs. Precepit nobis deus ⁊c. Supra tamen legitur ante factam mulierē deum dixisse viro. De ligno scientie boni ⁊ mali ne comedatis. Non dixit. ne comedas. Forte q: facturus erat mulierem de viro. sic precepit vt per virum ad mulierem perueniret mandatum quia mulier que subiecta viro fuit. non nisi mediante viro diuinū debuit accipere preceptum. Unde apls. Si quid discere voluerint. domi viros suos interrogēt. Si queritur quomō loqui potuerunt vl'o quētem intelligere qui nō didiscerant inter loquentes crescendo vel magisterio dicim'. quia deus eos tales fecerat qui possent loqui ⁊ discere ab alijs si essent.

Questio.iij ✣ Utrū ignorātia in aliquo homine possit esse culpa. Et q sic vꝰ. j. Lozᵉ. xiij. ignorans ignorabit. sed nullus ignorat a deo nisi propter culpam. ergo ⁊c. ¶Itē super illud ps̄. Noluit intelligere ⁊c. Bl. Aug. Ignorātia in his qui intelligere nolūt est pctm̄. ¶Itez rōne videt. cognoscere credenda ⁊ opanda est actus virtutis scz fidei ⁊ prudentie. ergo hec ignorare est virtutibus priuari. sed priuationes virtutū sunt vicia ⁊ pcta. g̃ aliqua ignorantia est culpa. ¶Itē non facere ea que bō tenet facere est pctm̄. similiter nō dicere. silr non amare ea que bō tenet amare est pctm̄. ergo silr nescire qō tenet scire est pctm̄. sz multi sunt qui ignorāt ea que tenēt scire. vt pote ea sine quib⁹ saluari nō possunt. g̃ in talibus ignorātia est culpa. ¶Itē error est pctm̄ aut ergo rōne eius qō ponit. aut rōne eius quod priuat. Non ratione eius qō ponit. qz pctm̄ priuatio est non positio. Si rōne eius qō priuat. sed error priuat scientiā. ⁊ priuatio scientie est ignorantia. ergo ignorantia est culpa. ¶Contra Augu. in Ench. dicit q inflicta est nobis ignorātia rerū agendaꝝ. ⁊ cō cupiscētia noxiaꝝ. sz nullū pctm̄ est nobis inflictū. g̃ ignorātia non est peccatū. ¶Itē rōne videt. In oī peccato est auersio a bono incōmutabili ⁊ conuersio ad cōmutabile. sed ignorantia nulla est ad bonū cōmutabile conuersio. g̃ ignorantia non est culpa. ¶Itē nullū pctm̄ remanet post penitentiā. sz ignorantia remanet in hoīe post penitentiā ⁊ ꝓtritionē. g̃ ignorantia nō est culpa. Si tu dicas q remanet actu. sz trāsit reatu. g̃ tūc videt q ignorātia nō esset culpa actualis. sz originalis. sz est originalis. qz manet post baptismuꝝ. ⁊ hoc melius patebit infra. Nec actualis ergo nō est culpa. ¶Itē oē pctm̄ est in affectu. cū oē pctm̄ sit volūtariū. sz ignorātia est in intellectu. ergo ignorātia nō est pctm̄. ¶Itē si ignorātia est pctm̄. g̃ ignorare est peccare. sz de viro ignorante verū est dicere q in oī instāti ignorat. ergo in oī instāti peccat. g̃ tot sunt in eo pcta q̄t sunt instātia. q si hoc est falsum ⁊ impossibile restat ignoran-
24 tiā pctm̄ nō esse. ¶Rñ. ad p̄dictoꝝ intelligentiā est notandū q cū priuatiōes cognoscant per habit⁹. cognitio ignorātie pēdet ex cognitiōe scie. Attendendū aūt q quedam est cognitio aliquoꝝ. q̄ nec est necessaria ad virtutē. nec est necessaria ad sa-

lutē. sicut artium mechanicaꝝ ⁊ liberaliū. ⁊ talis cognitio nec est virtus. nec de esse virtutis. ⁊ illa ignorātia que est hui⁹ cognitionis priuatio culpa nō est. siue sit ignorātia negatiōis siue dispositiōis. siue etiā sit volūtaria siue nō. Alia est cognitio credibiliū ⁊ operabiliū. que ad salutē necessaria est in adulto ⁊ hec est cognitio fidei ⁊ prudētie. ⁊ ad hāc cognitionē habendā tenemur. qz sine hac nullus potest reconualescere. ¶Hui⁹ aūt 25
cognitionis priuatio pōt dupliciter in nobis esse. Aut manen te tentiōe aut non manēte si manente. tūc est ibi culpa. qz cuz quis tenet ad aliquid ⁊ illud non implet. ex hoc ipso culpat. et dignus est pena. Si aūt sit in nobis priuatio non manēte tentione. cū non pōt scire. ⁊ impotētia excusat ab obligatione. sic priuatio⁹ huius cognitiōis culpa nō est. sicut in furiosis. ⁊ ꝑm hoc ignorātia que dicit priuationē cognitionis ad salutem necessarie. vno mō pctm̄ est. aliouero mō minime. ¶Aliter pōt 26
dici ⁊ quasi in idē redit q priuatio cognitiōis ad salutē necessarie dupliciter pōt esse. Aut ita q est in nobis. sed nō a nobis ⁊ hoc modo culpa nō est. sed magis pena. ⁊cū non simus cius principiū i ipsa nec meremur nec demeremur. Aut ita q est in nobis ⁊ a nobis. ⁊ sic culpa est. Hoc aūt pōt esse triplr. Uel cū in via veritatis existētes volūtarie ab ea recedimus. ⁊ in errores foueam nos p̄cipitamus. ⁊ hec priuatio pōt dici ignorantia erronea que est in hereticis. Uel cū ad viā veritatis valentes pertingere. cupimus in tenebris ambulare. ⁊ hec pōt dici ignorātia affectata. Aut qz ex quadā pigricia ⁊ negligētia nō curamus veritatē addiscere. ⁊ hec ꝺz ignorantia crassa ⁊ supina. ⁊ quelibet istarum est culpa. lz prima maioꝝ q̄ scōa. ⁊ scōa q̄ tertia. Et sic concedende sunt rationes ostendētes q ignorantia aliquo modo potest esse culpa. ¶Ad illud ergo qō obꝫ 27
in contrarium q ignorātia est nobis inflicta. dōm q prout nobis inflicta est pena est ⁊ nō culpa. put tñ volūtas nostra aliquo modo deordinatur circa illam [sicut prius dictū est] incipit esse culpa. Sicut passiōes sanctis martyribus illate pene erant considerate ꝑm se. comparate tñ ad voluntatem sanctoꝝ libenter eas perferentium pro amore xp̄i erant eis meritorie. Utrū aūt aliquo modo sit culpa prout. s. contracta est vi debitur infra cum agetur de originali peccato. ¶Ad illud qō 28
obijcitur q ignorantia non est conuersio. dōm q verū est put est pura priuatio. put tñ ipsam ꝓcomitat aliquo mō nra affectio nō bz veritatē. ⁊ hoc mō ꝺz esse culpa non primo. ¶Ad il 29
lud qō obꝫ q ignorātia remanet post pnīam. dōm q nō remanet put bz rōnē culpe. s. rōe volūtatis ꝓcomitātis vel quodāmodo eam causantis. sed si remanet hoc est inquantum habet rationē pene ex originali ꝓtracte. ideo quantuz ad primū in quo habet rōnē actualis trāsit nō solū actu. sed etiā reatu. cuius penitet quātū ꝺo ad scōm quodāmodo remanet. ⁊ ita vꝰ ignorātia remanere actu. ⁊ in hoc bz quādā approximationē ad pctm̄ originale. ꝑm id tñ q culpa est actuale peccatum est. ¶Ad illud qō obijcitur q ignorantia est in intellectu. dōm q 30
illa ignorantia que opponitur cognitioni virtutis ad quā tenemur non tñ respicit intellectū. sed etiā affectum. sicut ⁊ virtus sibi opposita. Uñ nō tñ dicit scie carentiā. sed etiā volūtatis incuriam ⁊ negligentiā ad scientiā percipiendā. ¶Ad il- 31
lud qō obꝫ q in quolibet instanti ignorat. ꝺz q ignorare nō ꝺz esse culpa. nisi eatenus qua quis tenet scire qō ignorat. ⁊iō ⁊ si in quolibet instanti ignoret ⁊ in quolibet teneat. qz tñ precptum affirmatiuum nō obligat semp sed pro loco ⁊ tpe. ignorans ignorando non peccat nisi in illo instanti ⁊ tpe in quo tenetur nosse vel addiscere qō ignorat. ⁊iō q̄uis semp dicat ignorare. nō tñ semp ꝺz peccare.

Questio.iiij ✣ Utrū ignorātia sit culpe excusatoria ✣ Et q sic vꝰ. j. Tbim. j. Misericordiā consecutus sum. qz ignorans hoc feci. si ergo ignorātia fuit rō quare pueni ad misericordiā. vꝰ q ignorātia excusabiliē fecerit eius culpā. ¶Itē scia aggrauat culpā sicut ꝺz Lu. x. Seruus sciēs vo. do. s. ⁊c. ergo p oppositū ignorātia alleuiat. ergo excusat. ¶Itē oē pctm̄ est volūtariū. ergo qō diminuit de ratione volūtarij diminuit de rōne pcti. sed ignorātia diminuit de ratione volūtarij. qz volūtariū ẽ vt dicit pbus cuius principium est in ipso cognoscēte singularia. ergo ⁊c. ¶Item sicut ad resistendum peccato requiritur fortitudo. sic etiam requirꝰ ⁊ cognitio. sz defectꝰ fortitudinis vtpote infirmitas excusat culpā. g̃ silr vꝰ q defectꝰ cognitionis. s. ignorātia. ¶Item qō

in sua plenitudine olno tollit culpã. circa plenitudinẽ aliquo mõ diminuit. sed cũ aliqs simplr est ignarus. sicut paruulus ⁊ furiosus. nihil qõ faciat imputat ei in pctm̃. sicut dicit Ber. ⁊ alij doc. ergo vr ꝙ ois ignorãtia pctõ ꝓpetrato aliquo mõ ꝓ beat excusationis patrocinũ. ¶ Cõtra. Jsi. in li. de Eccl̃i. institutione. Nullus in culpa maior est ꝙ qui deũ nescit. ergo vr ꝙ ignorãtia nõ excuset sed aggrauet. ¶ Jtẽ sup illud Ro. ij. An ignoras ⁊c. Amb. glo. Grauissime peccas q; ignoras. ergo vr ignorãtia grauare culpã. ¶ Jtẽ ignorãtia de se malũ est. ſz malũ additũ malo facit maius malũ. ergo vr ꝙ ignorãtia peccatum augeat nõ excuset. ¶ Jtẽ scia nec auget nec minuit meritũ. sed sola gratia ⁊ charitas. ergo pari rõne nec ignorantia auget nec diminuit demeritũ. ergo nõ excusat pctm̃. ¶ Jtem esto ꝙ vnus sciẽs peccet ex aliquãta libidine. ⁊ alter ignorãs ex tãta libidine si equalis est ibi libido. ergo equalis dz cẽ punitio. ergo vr ꝙ equalis sit vtrobiq; excusatio vel accusatio. q̃ non magis excusat vel accusat ignorantia ꝙ scientia. Est igit̃ questio ꝓpter quid magis excusat ignorantia ꝙ sciẽtia. Et cũ tam ignorãtia ꝙ infirmitas excuset. sil̃r est qõ que istarũ magis excuset. Rursus cũ sint multe dr̃e ignorãtie. cum boc q̃ritur que earum excuset ⁊ que non. ⁊ que magis ⁊ que minus.

32 ¶ Rñ. ad predictoz intelligentiam est notandũ ꝙ ois ignorantia aliquo modo excusat pctm̃. ⁊ rõ huius est. q; minuit de ratione volũtarij. minuit etiaz de rõne contemptus. Ceteris enim paribus magis ꝓnit qui peccat ex industria ꝙ q̃ ignoranter peccat. Et iterũ. cũ voluntariũ includat in se cognitionem qõ priuat cognitionẽ priuat de ratione volũtarij. Quia ergo pctm̃ mẽsurat fm quãtitatẽ libidinis ⁊ ꝓpensus. ⁊ ignorantia diminuit de ratione boni. generalr verus est ꝙ ois ignorantia inquantum hmõi excusat pctm̃. ⁊ si tãta sit qõ priuet oi no rõnem voluntarij. ⁊ rationem contemptus excusat a toto. si vo non omnino priuet. excusat a tanto. Concedende sunt igitur rõnes ostendentes ꝙ ignorantia excusat pctm̃. ¶ Ad illõ

33 ergo qõ obr̃ in contrarium de Jsi. grauissime peccat qui deũ nescit. dõm ꝙ Jsi. sibi comparat peccatũ infidelitatis ad alia petõz genera. ⁊ ipsum in se valde graue est. q; non est fine magna aĩe deordinatione. nihilominus tñ cum quis ignorãs aliquid facit ⁊ ex incredulitate. sicut dicit Aplꝰ de se minus gra

34 uiter peccat ꝙ ille qui facit ex certa sciẽtia. ¶ Ad illud Amb. ꝙ grauissime peccat qui ignorat. dõm ꝙ hoc dr̃ nõ rõne maioris culpe. sed rõne infirmitatis magis periculose. q; cũ nõ habeat scientiã de morbo siue culpa. non querit medicinaz. ⁊ ita semper remanet morbus ⁊ corruptio. ⁊ hoc est qõ dicit Aug. in li. ꝓfeſ. Eo insanabilius peccabã quo me non peccare arbi

35 trabar. ¶ Ad illud qõ obr̃ ꝙ malũ additum malo facit maius malũ. dõm ꝙ illud hz veritatẽ cũ malũ malo conformat. Malum aũt pene cum sit inuoluntarium. non conformat malo culpe qõ est voluntarium. ⁊ ideo nõ auget. sed potius diminuit. Et qñ ignorãtia ĩ nobis nõ est fine culpa quin etiã aliquo mõ sit pena. tõ culpam perpetratam excusat. ¶ Ad illud qõ obj̃

36 citur ꝙ scia non auget meritũ. dõm ꝙ illud non sequit̃. Quantitas enim meriti non est a nobis sed a gratia dei. demeritus vo ⁊ eius quantitas oritur hz a voluntate lib. ar. ⁊ tõ qõ facit ad rõnẽ voluntarij. facit aliquo modo ad augmentum peccati. ⁊ sil̃r qõ diminuit. facit ad alleuiationẽ peccati. talis autez

37 ignorantia vt dictum fuit supra. ¶ Ad illud qõ obr̃ ꝙ peccantes ex pari libidine equaliter puniuntur. dõm ꝙ hoc nõ cogit quin ignorãtia excuset. quia si ille qui ignorat peccat ex tanta libidine ex quanta ille qui cognoscit in statu ignorãtie existens si haberet scientiam peccaret multo maiori. ⁊ ita grauius peccaret ⁊ grauius puniretur. ⁊ tõ ignorantia que in ipso est excusat peccatũ. excusat inquã ⁊ minuit quantitatẽ peccati. nõn quam habet. sed quam haberet si ignorantia non esset.

38 ¶ Ad illud qõ querit̃ que magis excuset. Utruz ignorãtia vel infirmitas. Rñdeŕ põt ꝙ duo sunt de rõne voluntarij. videlz cognitio singulariũ siue circũstãtiarũ. ⁊ ꝙ operationis principium sit intrinsecũ. igit̃ ignorantia excusat q; priuat de ratione cognoscendi. infirmitas excusat. quia priuat de ratione pfecte principiãdi. ⁊ quoniam priuato priori priuat posterius ⁊ non cõuertit̃. ⁊ cognoscere ꝑambulõ est ad facere. plus tollit de rõne volũtarij ignorãtia ꝙ infirmitas vel imporẽtia. et tõ magis excusat ceteris paribus. Adeo tñ põt infirmitas ꝓcellere ⁊ ignorãtia parua esse siue ex culpa nr̃a ꝓcedere ꝙ erit ecõuerso. Uñ ⁊ si in gñalitate loquẽdo verũ ẽ dicere ꝙ magis excusat ignorãtia ꝙ infirmitas descẽdendo. tñ ad spãlia peccata possunt se habere sicut excedẽtia ⁊ excessa. ¶ Ad illõ qõ

querit̃ q̃ ignorãtia excusat ⁊ quantũ: dicendũ ꝙ est ignorãtia facti ⁊ ignorantia iuris. Jgnorantia facti põt esse dupl̃r. aut adhibita debita diligentia. aut non. Si adhibita debitadiligentia excusat a toto si nõ adhibita non excusat a toto sed a tanto Si aũt sit ignorantia iuris. hoc potest esse dupl̃r aut est vincibilis aut nõ vincibilis. Si vincibilis tunc est ignorantia q̃ est culpa. Et hec aut est ex ꝓsensu vero aut ignorantia affectata. ⁊ ista sic ex vna parte excusat qõ ex alia parte magis aggrauat. Aut est ex negligentia ⁊ ignauia sicut ignorãtia crassa ⁊ supina. ⁊ ista si aliquo mõ excuset. non tñ ita excusat vt sempiterno igne non ardeat. sicut dicit Aug. ⁊ magister in littera. Si aũt sit ignorantia inuincibilis. hoc potest cẽ dupl̃r. Aut ista ignorantia est in nobis introducta per culpam ꝓambulam. aut preter omnem culpam. Si preter oẽm culpam. aut simpliciter priuat cognitionẽ iuris. sicut in infantibus et furiosis qui oino carẽt vsu rationis. ⁊ hec excusat a toto. Uñ dicit Ber. ꝙ pueris infantibus ⁊ dormientib⁹ nihil qõ faciunt imputat̃. Aut nõ tollit oinovsum rõnis. ſz semiplenũ. ⁊ tũc nõ excusat a toto. sed a tãto. sicut est in bis qui nõ sunt plene furiosi. sed aliquo mõ bñt lucida intervalla. ⁊ in pueris q̃ aliqñ sunt capaces ꝓcepti. ſz nõ plene. Si aũt ignorãtia est introducta p culpã ꝓpriã. sicut est in ebrio ⁊ furioso. quoz vterq; se ꝓcipitauit in hoc p culpã suã. sic nõ extusat a toto sed a tãto. q; sicut dicit pbs. iij. Ethi. c. viij. Ebrius habebit duplices maledictiones. maledictionem. s. pro culpa precedenti. ⁊ maledictionem pro culpa subsequẽti. Quantũ aũt ⁊ qualiter excuset subsequentem culpam diuersimode quidã determinant. Quidam enim dicũt ꝙ nec ebrius nec furiosus qui vsu rõis caret cõmittere põt nouam culpã. sed ex inordinatione sequẽti aggrauatur culpa prima. potest enim culpa aggrauari ex cuẽtu sequẽti. Aliis aũt videtur ꝙ nec sic excuset quin nouam culpam cõmittat. non tñ est adeo grauis sicut si illã faceret ex certa scia Primus tñ modus dicendi probabilior ẽ videtur. Ex dictis ps40 ꝙ Lotb non oino excusatur a culpa incestus cũ cognouit filias suas. Primũ quidem. q; nõ fuit in eo plena ignorãtia licz enim dicaẽ in textu ꝙ nõ senserit. qñ filie accubuerũt. hoc dr̃. q; non discreuit. Secdo vo q; in illã ignorantiã pcurat ꝓ ebrietatẽ. quã debuisset vitare. ⁊ ideo scti dicũt eũ fuisse culpabilẽ hz ex alia parte dicãt eũ fuisse aliquatenus excusabilẽ.

Distinctio. xxiij.

De dei permissione in actu tentandi.

Preterea queri solet. cum deus hominem ⁊c. Supra egit magr̃ de lapsu primorum parentum in cõparatione ad diabolum tentantem ⁊ hoicm trangredientẽ. in hac parte agit de lapsu primoz parẽtũ in comparatione ad deũ pmittentẽ. ⁊ q; nõ est equũ pmittere aliquẽ insciũ ab astuto circũueniri. tõ vt ostendatur prima pmissio esse iusta. ꝓs ista duas hz. in prima determinat cur deus hoiem tẽtari pmisit. in scda vo determinat quantũ ⁊ qualẽ cognitionis habitũ ei dedit ibi. ⁊ qdẽ fm aiam ⁊c. Prima pars remanẽte diuisa. scda diuidit in tres partes. in prima determinat qualr̃ hõ cognitionẽ habuit vtrũ p disciplinã ⁊ studiũ. an p diuinũ donũ. In scda vo determinat quoruz cognitionẽ habuit. ibi fuit ꝙ primus hõ aũ lapsum triplici cognitione ꝓditus. Et illa pars hz tres. In prima determinat qualẽ cognitionẽ habuit de rebus creatis. In scda qualẽ cognitionẽ habuit de deo. ibi. cognitionẽ q̃s creatoris ⁊c. In tertia q̃lẽ cognitionẽ habuit de seipõ. ibi. porro sui cognitiõe ⁊c.

a ¶ Non esset laudabile homini si ideo bene viuere posset. s quia nemo male viuere suaderet. ¶ Sed contra. si hoc verum esset

esset tñc vñ q̄ vita nostra in gloria laudabilis non erit. vbi nemo male viuere suadebit. ¶ Item esto q̄ diabolus nihil mali p̄ suasisset. nihilomin⁹ mereri potuisset. sed si mere rek eēt laude dignus. ergo ꝛc. ¶ Rñ. dō⁊ q̄ laus quedā est que respicit dignitatem operis volūtatis inquantum illud nobile est. ꝛ hec posset esse in homine. ꝛ si nullus ipsum tentasset. Quedam autē est laus que non respicit opus voluntarium. sed opus strenuum ꝛ arduū. qō consistit in expugnatione aduersarij ꝛ repotatione triumphi. de hoc loquit Apl's. ij. Thimi. ij. Non coronabitur nisi qui leg. cer. Et de hac laude mgr̄ intelligit. Et sic patēt illa duo obiecta. q⁊ p cedūt de laude ex primū modum.

2 b ¶ Glorioſius est nō cōsentire petō q̄ tentari nō posse. Cōtra. deus nō ꝓt tentari. bō ⁊o sic. q̄ glorioſio⁊ est homo q̄ deus. ¶ Itē in statu glorie bō nō poterit tētari in statu vie pōt. ergo glorioſio⁊ ē status vie q̄ patrie. q̄ si verū est. glorioſio⁊ est miseria q̄ gloria. Rñ. dōm q̄ verbū magistri intelligendum est circa eus qui efficitur glorioſio⁊ ex merito suo⁊ operum. ꝛ ideo non valet illud qō obiecit de deo. ¶ Item intensio glorie intelligenda est in verbo propōsito non quātum ad premiū substātiale. sed quantū ad aliquas accidentalem laudē qua laudatur vir iustus Eccli. xxx. qui potuit transgredi ꝛ nō est transgressus ꝛc. ꝛ iō nō valet illud qō obiecit scō.

c ¶ Hāc autē sciam ꝛc. Innuit magr̄ q̄ sciam rerus creatarū bomo non perdidit. ꝛ propterea in scriptura de ea nō eruditur. Contra. vñ esse falsum. Constat enī q̄ nos qui sumus filij Ade rerum naturas ignoramus. ꝛ ignorantes nascimur. nec nos se possimus nisi cum magna difficultate discam⁹. Silr scōm vñ esse falsum. q⁊ in sacra scriptura babetur de productione omnium rerum in operibus vi. dierum. ꝛ qualiter producte sūt. ꝛ qualiter etiā se. ꝛ in ptāte haberet velle nō ꝓsentire suadēti deo iuuāte. ꝛ b glioſius est nō ꝓsentire petō q̄ tētari nō posse. ¶ Mouētur etiā q̄dā dicētes. Cur creauit de⁹ quos futuros malos p̄sciebat. Quia preuidit q̄d boni de malis eor esset factuſus. Sic enim eos fecit vt reliqueret eis vnde aliquid facerēt. ꝛ si culpabiliter aliq̄d facerēt illū de se laudabiliter operantē inuenirēt. A se habētvoluntatem malam. ab illo naturam bonam ꝛ iustam penam. Frustra ergo d⁊ non deberet deus creare quos p̄sciebat malos futuros. sciebat enī bonis p̄futuros. ꝛ iuste p̄ mala voluntate puniendos. Addūt etiam talē bōem deberet facere qui nollet oīno peccare Concedimus quidem meliorem naturaz esse que oīno peccare nollet. Concedant ꝛ ipsi non esse malaz que talis facta est. vt posset non peccare si vellet. ꝛ iuste punitam que voluntate non necessitate peccauit. Cū ergo hec bona sit illa melior cur nō vtrāq̄z faceret vtrobe rius laudarē de vtraq̄z. Illa enī de sctis angelis hec de bōibus est. Itē inquiūt. Si deus vellet. ꝛ illi boni eēnt. Et hoc q̄dem cōcedimus. sed melius voluit vt qō vellent essent. Et boni q̄dē non infructuose. mali vō non impune essent. Itez inquiunt. Posset deus voluntatē eor vertere in bonum. q⁊ op̄s est posset reuera. Cur nō fecit q⁊ noluit cur noluit. Ipe nouit. Nō debemus plus sapere q̄ oportet.

Determinat qualr̄ bomo cognitionē habuit. vtrum per disciplinam ꝛ studium an per diuinum donum. b

¶ Et q̄dem fm aiam rōnalis fuit homo habēs discretionē boni ꝛ mali. Sciētiā quoq̄z rerum creatarū ꝛ cognitionē veritatis. q̄ prime pfectioni congruebat mor ꝺditus nō incōgrue accepisse putaf. ꝛ ad illā nō studio vel disciplia aliqua p interualla tp̄is pfecisse: sed ab exordio sue ꝺditionis diuinitus illā percepisse.

Determinat qualem cognitionē habuit de deo. c

¶ Fuitq̄z bō prim⁹ añ lapsuz triplici cognitione preditus rerū. s. ꝓpter se factarū. ꝛ creatoris ꝛ sui. Rerū q̄ppe cognitionē boiem accepisse perspicuuz est. cū nō ipse creator vel angelus aliq̄s. sed bō oībus aiantibus noia imposuerit vt ostēderet q̄ singulor noticiā bō ipse habuerit. Que enī p pter illū creata erant. ꝛ ab illo regēda ꝛ disponenda erāt. horum oīm deus illi ꝛ scientiam tribuit. ꝛ prouidentiā atq̄z curam reliq̄t. Quiavt ait Apl's nō est cura deode bob⁹. Quorum alioꝝumq̄z aialium deus homini curam reliquit. ꝛ prouidentiam vt dominationi ei⁹ subijcerentur ꝛ ratione illius gubernarent vt sciret illis necessaria ꝓuidere. a q̄bus emolumentum debebat recipere.

c Hanc autem scientiam homo peccando non perdit. sicut nec illam qua carnis necessaria ꝓuidētur. Et idcirco in scriptura homo de huiusmodi nō eruditur. sed de scientia aie quaz peccando amisit.

Determinat qualem cognitionē habuit de deo. d

¶ Cognitionē quoq̄z creatoris primus bō habuisse creditur. Cognouit enī a quo creatus fuerat. non eo mō cognoscendi quo ex auditu solo percipitur. quo a credētibus absens queritur. sed quadā interiori aspiratione qua dei presentiam contemplabatur non tñ ita excellēter sicut post hāc vitā sancti visuri sunt neq̄z ita in enigmate qualiter in hac vita videmus.

Qualem cognitionē habuit de seipso. e

¶ Porro sui cognitionē idē bō talē accepisse vr vt ꝛ q̄d deberet superiori ꝛ quid equali ꝛ inferiori nō ignoraret. Conditionē quoq̄z suā ꝛ ordinē scz qualis factus esset. ꝛ qualiter incedere deberet. quid agere quid cauere intellexit. Si horum noticiam non habuisset. non esset reus preuaricatiōis neq̄z seipsum cognouisset.

d Si autem queratur vtrū bomo ꝛc. Innuit mgr̄ q̄ bō nō habuit p̄sciam eor q̄ futura erāt circa ipsum. Cōtra. Si enī boc verus esset. cū nos multa p̄scimus de futuris ꝛ scri patres p̄sciuerunt aduētuz xp̄i ꝛ ꝓbete. similr vr q̄ adā nō fuit ita sapiens sicut nos sum⁹ bodie. Si tu dicas q̄ boc nō est icōueniēs ꝓpter gratuitam reuelationē q̄ in nobis ē ꝛ ꝓbetis vt aliquid sciamus qō ignorauit Adaz. Obr̄ ꝫ boc. q⁊ sicut scr exponūt adā in sopore illo captus est. ꝛ ad celestem curiā d⁊ fuisse ꝓductus. ꝛ boc innuit textus q̄ statim post cuigilationē prophetice locut⁹ est. ¶ Hoc nūc os ꝛc. Si ergo vere locutus est ꝓbetice prec cognouit quid significabat mlieris ꝛ viri p̄iūctio ꝛ mulieris de latere viri formatio. Et p̄mū signat xp̄i incarnationē. Scōm distincte sunt. ¶ Rñ. dicendum q̄ ꝛ si bomo merito p̄imi peccati exceca tus sit ꝛ factus sit ignorans tā in cognitione vnt uersitatis ꝓpter ipsum create q̄ in cognitiōe vie salutis sue. plus tñ excecatus est in scōo q̄ in primo. Nā ad cognitionem naturalium rerus multū potest proficere proprio studio atq̄z ingenio. ⁊ in cognitione modi perueniendi ad vitam per scip sum plus deficit q̄ proficit nisi diuine reuelationis instructione dirigat ꝛ propterea magis data est nobis scriptura diuinitus ꝛ per sp̄m sctm̄ reuelata in cognitione fidei ꝛ mor q̄ in cognitione rer naturalium. ⁊ omnis veritas aliquo modo a spū sctō esse dicatur. ꝛ pro tā to intelligendum est verbum p̄ius propositum a mgro fuisse dictū. ¶ Od ergo obr̄ de amissione cognitionis. verū est q̄ amisit habituz. non tñ amisit naturale iudicatoriū.

4 ¶ Ad illud vo qō obr̄ q̄ scriptura insinuat produductionē rerū. dōm q̄ nō determinat ibi rerū spāles naturas ꝛ cās. ⁊ boc explicat qō sentit fides sana. vz diuinā volūtatē oīm esse cām p̄mā ꝛ sum mā ꝛ ola esse facta p verbū ꝛ repata p verbū.

5 d ¶ Si aūt q̄rat vtrū bomo ꝛc. Innuit mgr̄ q̄ bō nō habuit p̄sciam eor q̄ futura erāt circa ipsum. Cōtra. Si enī boc verus esset. cū nos multa p̄scimus de futuris ꝛ scri patres p̄sciuerunt aduētuz xp̄i ꝛ ꝓbete. similr vr q̄ adā nō fuit ita sapiens sicut nos sum⁹ bodie. Si tu dicas q̄ boc nō est icōueniēs ꝓpter gratuitam reuelationē q̄ in nobis ē ꝛ ꝓbetis vt aliquid sciamus qō ignorauit Adaz. Obr̄ ꝫ boc. q⁊ sicut scr exponūt adā in sopore illo captus est. ꝛ ad celestem curiā d⁊ fuisse ꝓductus. ꝛ boc innuit textus q̄ statim post cuigilationē prophetice locut⁹ est. ¶ Hoc nūc os ꝛc. Si ergo vere locutus est ꝓbetice prec cognouit quid significabat mlieris ꝛ viri p̄iūctio ꝛ mulieris de latere viri formatio. Et p̄mū signat xp̄i incarnationē. Scōm

6 Primꝰ bō non fuit p̄sciꝰ futurorum.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

passionē.igit post cognouit xp̄m incarnādū ⁊ xp̄m passurum. sed redēptio⁊ reparatio p̄supponit lapsum. ergo p̄cognouit
7 Adā lapsum futurū ⁊ suū remediū. ¶ Rñ. dōm q̄ mgr nō loq̄ tur de q̄buscūq; futuris. sed de bis q̄ spectabāt ad statū suum vtpote de lapsu ⁊ p̄firmatione. p̄firmationē em̄ p̄scire non po tuit q̄ nō erat māsurus. lapsum aūt scire nō debu it. ⁊ rōnes supra assigna te sunt cū boc q̄situ⁊ fuit
8 de angelo. ¶ Cum ergo obr̄ q̄ p̄sciuit incarnatio nē dupl'r respōdet. Uno mō q̄ boc est falsum. ⁊ si em̄ sciret mulierē factam vt p̄iangeret sibi p̄ p̄iu gij sacr̄m. nō tñ oportuit q̄ sciret incarnationem ⁊ passionē p̄ eo q̄ p̄iugium tpe innocētie. non signifi cabat p̄iūctionē xp̄i ⁊ ec̄lesie quantum ad matri monij coniunctione⁊. sed per charitatem ⁊ dilectio nem. ¶ Alius est modus respondendi q̄ sicut Jo seph p̄recognouit suū p̄n cipatum. nō tñ p̄recogno uit suam venditionem. et fuit antecedens ad illud mo scientiā habuerit eo⁊um q̄ circa eū futura erāt. i. si ruinā⁊ suā⁊ p̄rescierit. ⁊ similiter p̄re scierit bona q̄ habiturus fuis set si in obedientia p̄stitisset. Responderi potest q̄ ei ma gis facienda ⁊dicia sunt q̄ fu tura reuelata. Accepit enim sciam ⁊ p̄ceptum eo⁊um que facienda fuerant sed nō habuit p̄sciam eo⁊ q̄ futura erāt. Nō fuit ergo bō p̄scius sui casus. sicut ⁊ de angelo dixim⁹. Nō Aug. sup Gen. asserit ratiōe vtrā quam supra posuimus. Hec de scientia bois quantū ad primum statum pertinet, dixisse sufficiat.

fic Adā nosse potuit aliq̄d qō spectabat ad bāc nature exaltatiōnē. sicut fuit xp̄i incarnatio. ita tñ q̄ ignorabat posteritatis sue lapsum per suā p̄uaricationē. vel q⁊ deus non reuelauit vel q⁊ ipse non pertractauit.

EIn intelligētiā buius partis circa duo incidit bic qō ſm duo circa que versat principaliter totalis distinctionis intētio. Primo querit de tētatiōis prime permissione. Scōo q̄rit de primo⁊ parentū cognitione. Circa primum querūtur tria. Primo queritur vtrum deus debuit hominem facere inexpugnabilē an taliter q̄ posset expugnari. Secundo queritur vtrum bo minem quem p̄rescibat expugnandu⁊ debuit permittere per tentationem impugnari. Tertio vtrum tentationis pugna a viris iustis debeat desiderari.

B Questio.j Qō deus debuit facere boīem impecca +bilē siue inexpugnabilē. ostēdit primo per diuinam bonitatē. q⁊ vt dicit Diony. optimi est optima ad ducere. sed melio⁊ est natura rōnalis que non p̄t peccare. q̄ que p̄t. ergo vr̄ q̄ decuerit deū optimum facere boīem ⁊ ad peccandū impossibilē. ⁊ ita inexpugnabilē. ¶ Itē bocīpm vr̄ per diuinam liberalitatem. Ad excellentiam enim liberalitatis non solum facit dare multa ⁊ magna sed etiam dare velociter. sed donū gratie p̄firmantis ⁊ beatificātis boc maius est q̄ donū cuiuslibet gratie gratū facientis. ergo si deus boc da re boī disposuerat. homo ex prima sui ꝺditione ad boc ydoneus erat. vr̄ q̄ statim cū eū fecit debuit ei boc donū dare. sed si boc haberet esset inexpugnabilis. ergo ⁊c. ¶ Itē bocipsu⁊ oñ ditur tertio ex parte sapientie. Maioris em̄ sapientie est scire mala precauere q̄ post q̄ facta sunt remedium adbibere. ergo si diuina sapientia maxime manifestanda erat in hominis conditione. vr̄ q̄ talē debuit eū facere. ⁊ tantā sibi cautelam adbibere q̄ non posset in malū incidere. ¶ Itē bocipsum ostendit ex parte diuine potentie. quanto enim potētia maio⁊ est tanto velocius operat magis igit diuina potētia manifestat in operatione subita q̄ in operatione successiua. si igit bois gratificatio ⁊ p̄firmatio ⁊ glorificatio est immediate a deo. vr̄ q̄ de⁹ subito. ⁊ in codē instanti in quo boīem fecit. debuit eū gratificare ⁊ in gratia p̄firmare. ac per boc inexpugnabilē facere.

¶ Sed contra. Gloria est bonū laudabile. sed nullus est laudandus in eo qō b⁊ nisi babeat illud p̄ merita. ergo si deus fecit boīem ad boc vt peruenire⁊ ad status glorie ⁊ premij. vr̄ q̄ debuit facere boīem in statu meriti. sed status meriti ⁊ premij debēt esse distincti sicut status vie ⁊ patrie ſ⁊ legē cōem. ergo ⁊ dona vie ⁊ patrie. si igitur br̄e impossibilitatē ad peccādum spectat ad securitatē beatitudinis. vr̄ q̄ a principio nō debuit boī dari. ergo debuit bō expugnabilis fieri. ¶ Itē ad plenā⁊ perfectionē vniuersi decuit fieri oēm creaturā que ratione re cta potuit excogitari sicut dicit Aug. in. iij. de li. ar. sed ratio⁊ nabiliter cogitari p̄t ad perfectionē vniuersi expectare crea turā que haberet libertatē ar. ⁊ relicta esset in manu p̄priā sal bāc igit decuit fieri. ⁊ in statu vertibilitatis constitui. sed boc nulli creature magis cōpetit q̄ boī. ergo ⁊c. ¶ Itē vniuersu⁊ ex oppositione mali ad bonū decor⁊ quasi q̄busdā antitetis sicut dicit Aug. ⁊ Eccl'i. innuit. xxxiij. ꝺ malū bonū ⁊c. Si ergo deus vniuersum venustare debuit ⁊ decorare. vr̄ q̄ būc de cor̄ vniuerso nō debuit auferre. sed si fecisset boīem inexpugnabilē. tā bic decor nō esset. ergo ⁊c. ¶ Itē boc vr̄ quarto. q⁊ deus vniuersum fecit ad suū p̄prius manifestationē. ⁊ sicut de⁹ est summe potens ⁊ sapiens. sic est summe iustus ⁊ misericors ergo tale debuit facere vniuersum in quo manifestaret⁊ eius summa iustitia ⁊ summa misericordia. sed summa iustitia non manifestat nisi in seueritate punitionis malo⁊. summa miseri cordia nō manifestat p̄fecte nisi in liberatiōe misero⁊ ⁊ remissione delicto⁊. bec aūt non possent esse nisi rōalis creatura fa cta esset in statu in quo posset peccare ⁊ expugnari. ergo diuina iustitia ⁊ misericordia exigebat boī⁊ vertibilē ⁊ expugnabilē fieri. ¶ Rñ. ad predicto⁊ intelligenti ā notanduꝫ est q̄ ⁊ 9
si ipsa diuina opatio non indigeat approbatione. p̄o eo q̄ q̄c quid deus facit bñ facit ⁊ recte facit. verūtamē ad exercitandā deuotionē in mente fidelium ⁊ cōpescendā rabiē in ore blas phemantiū ⁊ deū in suis operibus inculpantiu⁊. quadruplex p̄t ratio assignari quare deus fecit talē boīem vt possit ab ad uersario expugnari. ¶ Et prima est manifestatio diuine potē tie. Voluit em̄ deus ostendere boī. q⁊ sicut sine eo factus non fuerat. ita nec sine ipso persistere poterat. vt igitur bō nosset q̄ diuinū posse nō solūmodo est o⁊s potentie causatiuū sed ēt conseruatiuū. ⁊ qō ipsum solū est qō nō potest deficere nec expugnari. ideo placuit sibi creaturā rationalē facere vertibilē ⁊ expugnabilē. nec ipsam p̄firmare quouscq; experimēto discer̄t q̄ ipe solus est in quo nō cadit nō posse. ¶ Scōa rō est manifestatio diuine sapie. maioris em̄ sapie est ostensiuū scire ordinare bona cū malis ⁊ eligere bona ex malis q̄ ordinare solū bona cū bonis. ⁊ ideo cū nō deceret eū ibi mala facere. debuit talē facere creaturā q̄ posset in operādo deficere ⁊ malū cōmittere. vt deus mala illa ordinādo suā sapiam declararet ¶ Tertia rō sumit ex manifestatiōe diuine misericordie. que potissime manifestata est cū vnigenitū filiū suū traderet ad liberationē serui. ¶ Quarta rō sumit ex manifestatione diuine iustitie. que potissime manifestat in boc q̄ deus retribuit vnicuiq; ſm opera sua. p̄cipue in eterna punitione malorū. bec aūt retributio ⁊ punitio. ⁊ p̄fata misericordie liberatio non esset nisi deus creaturā rōalē ⁊ p̄cipue boīem in statu vertibilitatis fecisset. ⁊ ita potentē impugnari ⁊ expugnari. ⁊ iō congruū fuit deū boīem in statu tali facere. ⁊ p̄cedende sunt rōnes ad boc inducte. ¶ Ad illud qō primo obr̄ q̄ deus debu 10
it facere boīem optimū. dōm q̄ est optimum simpl'r. ⁊ est optimuꝫ in ordine. Cū aūt dicit Diony. q̄ optimi est optima adducere. non intelligit absolute. sed in ordine. ⁊ ideo ex boc nō sequitur q̄ homo debuit fieri in optimo statu simpliciter. sed in statu in quo optime saluaretur vniuersitatis ordo ⁊ pulchritudo. ⁊ sic factus est cum productus fuit in statu vertibilitatis. vt ordinato processu peruenire⁊ a merito ad premium ab imperfecto ad perfectum. ab inferiori ad supremum. ¶ Ad illud qō 11
obīcitur de summa liberalitate. dōm q̄ ⁊ si deus sit liberalissimus. tñ liberalitas non precludit viam iustitie ⁊ sapientie. iō sicut dona sua distribuit largiter vt tñ non excludat sapientie recta ordinatio. ⁊ iustitie iusta retributio. ideo non statim debuit beatificare ⁊ confirmare. sed merita hominis expectare. ¶ Ad illud qō obīcitur q̄ maioris sapientie est precauere ma 12
lum ⁊c. dicendum q̄ falsum est. immo multo maioris sapientie est morbum bene curare: q̄ naturam a morbo preseruare. Tñ Aug. in Ench. Melius iudicauit de⁹ de malis bona facere q̄ mala nulla p̄mittere. ⁊ maiori etiā sapie attestat. vt predictuꝫ est. sic res ordinare. vt ex superuenientī etiā de ordinatione nō deturpent. sed earu⁊ ordinatio decoretur. ¶ Ad illud qō obr̄ 13
de potētia. dōm q̄ ſm in oībus opibus diuinis manifestat diuina potētia. ea tñ q̄ spectāt ad hominis gratificationem ⁊ glo

rificatio⁊

rificationē plus sunt ad manifestationē diuine mie ⁊ iusticie q̄ potētie. ⁊ maior est ꝓgruētia in ꝓposito q̄ in opposito. nihilo min⁹ tñ q̄tū ad aliquē modū ex ipsa humana infirmitate ⁊ idi gētia plus innotescit boī diuina potētia. q̄ si homo nunq̄ con spexisset vertibilitatē in rationali creatura.

Questio.iij. Utrū debuit de⁹ ꝑmittere hoīem ipugnari. Et q̄ sic vr ꝑ illud qđ dicit mg̃r in līa nō esset laudabile hñ viuere nisi esset q̄ male viuere suaderet. g̃ fi debuit ꝑmittere oē qđ faciebat ad humanā laudem ampliandā. debuit igit̄ ꝑmittere hoīem ipugnari p suggestionē dyabolicā. ¶ Itē fm rectū iudiciū rōis ⁊ attestationē apl'i ad Thy. j. Nō cozonabit̄ nisi q̄ legit. cer. si g̃ bō ꝓducēd⁹ erat ad cozonā glie. vr ex recto ordine q̄ statui debuerit i conflictu tentatōis ⁊ pugne. ¶ Itē decet deū sic administrare res ⁊ eis puidere vt salua sit lex quā indidit eis a pncipio. iuxta illō Aug. vij. de ci. sic res q̄s de⁹ ꝓdidit administrat vt eas agē ꝓprios mot⁹ sinat. ⁊ ideo tam hoīem q̄ dyabolū constituit in libertate ar. ⁊ in manu cōsilij sui reliq̄t. ⁊ vtrūq̄ ꝑmisit agere qđ voluit. siue hunc in tentando. siue illū in cōsentiēdo. hoc enim cōpetebat regimini in cōseruatione ordinis q̄ attendit̄ ex comparatione virtutis ad propriū actus. Scōa vero sumitur ratio ex ordine qui attendit̄ p cōparationē boni ad suū oppositū. in quo glorioso⁹ ⁊ laudabilio⁹ ostendit̄ virtus ad suū oppositū siue ex ipsa predicta ꝓparatione ob quā relucet ⁊ magis apparet. siue ex cuiusdā nobilis triūphi assecutōe ob quā fortificat̄ ⁊ vigorat̄. ideo vt virtus hois reluceret ⁊ pficeret. decuit deū ꝑmittere ip⁹ ab aduersario ipugnari. q⁹ vel tūc vel post ex ipa tentatiōis impulsione. manifestanda erat fortitudo ⁊ eminentia charitatis. de q̄ dicit apls. q̄ neq̄ mors neq̄ vita neq̄ ꝓncipatꝰ neq̄ ptātes ab ea poterunt separe. Roma. viij. Tertia rō pōt sumi ex ordine q̄ attendit̄ ex cōparatō ē morbi ad suū remediū. Quia cñ peccatū hois nō debebat carere remedio ꝓpter hoc q̄ tota in ipso humana natura erat. sic debuit deus hoīem ꝑmittere peccare. q̄ deceret ip̄m eidē redēptorē p̄stare. ⁊ ideo magis disposuit deus hoīem peccare alio suggerēte ⁊ ipellēte q̄ voluntate propria incuruāte. qua fortassis incuruatiōe hō ceciderit. ⁊ si nūq̄ aduersari⁹ pestifera suggessisset. Quarta rō pōt sumi ex ordine q̄ attēdit̄ p cōparatiōes meriti ad premiū. Q⁹ cñ nemo dignus est cozonari nisi q̄ certat legitime. ideo decuit deū hoīem militē suū in cāpo certaminis pri⁹ examinare q̄ ipm in gloria exaltare. ⁊ q⁹ examiatio ꝓfuit in cōflictu ⁊ pugna. permittere debuit hoīez a dyabolo ipugnari. Sunt ⁊ alie rōnes q̄ ꝑfit de hoc ipso reddi. ad pñs tñ ille sufficiāt. ¶ Ad illud aūt qđ ꝓlo obī in ꝑrio de pietate pna. dōm q̄ ⁊ si de⁹ nr pater pi⁹, est tñ iudex equus. ⁊ ideo sic decebat deū erga hoīez pietatē paternā ostendere. vt tñ nō amitteret offiū ptātis iudiciarie. ⁊ ideo q̄cq̄d de hoīe ꝓnosset. sustinere debuit ipm ab aduersatio ipeti tentatōis bello. ¶ Ad illud qđ obī de bonitate ꝓlationis. dōm q̄ ꝓlatus dz ouē a morsu lupi eripere. siue q⁹ ad hoc tenet ex lege charitatis. siue q⁹ ex malo nescit eligere bonū. ⁊ ideo nō pōt elicere bonū maioris vtilitatis. vtriusq; boī oppositū reperiī in deo si ꝙs attēdat. ⁊ ideo illa ratio nō cogit in ꝓposito. ¶ Ad illud qđ obīcit̄ de rectitudine iudicis. dōm q̄ ⁊ si dyabol⁹ fortior ⁊ astutior esset q̄ hō. in pugna tñ tentatiōis nō erat fortior. imo multo debilior. siue ex gñali lege tentatōis qua nemo vincitur nisi volens. siue ex fidelitate dei qui non ꝑmittit aliquē tentari supra id qđ possit. imo facit cū tentatiōe prouentū. ⁊ ideo impulsus tentatiōis primarie. cū fieret ⁊ seruata dei fidelitate. ⁊ tentatiōis lege nō fuit ꝺ ordinē ptātis iudiciarie. ¶ Ad illud qđ obīcit̄ de fortitudine armati custodiētis. dōm q̄ ⁊ si deus hoīem fortiter custodiret. nō tñ custodiebat inuitū siue inuoluntariū. q⁹ nō acceptat deus seruitiū coactum sed liberale ⁊ volūtariū. ⁊ ideo si homo cum deo stare voluisset. nullꝰ violēter de manu dei eū auferre potuisset. sed q⁹ ipse ab ei⁹ custodia se subtraxit. ideo de⁹ suā ei custodiā denegauit. ⁊ ex hoc aduersari⁹ eū inuasit. imo non ex defectu dei custodiētis. sed ex ingratitudine hominis custoditi.

Questio.iij. Utrū tētatiōis ipulsio desiderari de beat̄ viro iusto. Et q̄ sit vr. Jac. j. Oē gaudiū existimate fratres cū in varias tētatiōes ciderit̄is Si g̃ tētatio cū pñs est. est materia gaudēdi. cū ab hīs est vr q̄ debeat affectuose desiderari. ¶ Itē in ps. pba. me do. ⁊ ten. Hecsancta ala petebat ⁊ recte. sed nihil dz hō a deo petere nisi qđ dz desiderare. g̃ ⁊c. ¶ Itē hoc vr rōne. Oē cñ illud qđ facit ad virtutis exercitationem est appetendū. sz tentatio est hmōi vñ Gregor. sctūs vir se tentari post virtutes desiderat. ne ex ꝓfidentia virtutū corpescat. Si igitur tentatio virtutes exercitat. pz ⁊c. ¶ Itē omne illud qđ facit ad gratie promotionē est appetendū. sed tentatio est hmōi. Unde. j. Cor. x. faciet cū tentatione prouentū ⁊c. si igitur tentatio promouet ad bonum. vr q̄ ad ipsam anhelare debeat desideriū iustoꝝ. ¶ Itez omne illud qđ est opus ⁊ effectus diuine acceptationis est appetendū. sed tentatio est hmōi. Unde Thob. vltimo. q⁹ acceptus deo eras necesse erat ⁊c. ¶ Item omne illud p qđ peruenit̄ ad meritoꝝ consummationē est appetendū. sed tentatio est hmōi. Quod pz. q⁹ nulla est maior tentatio q̄ illa que est p flagella, tribulatio aūt patientiā operatur. patientia vero opus perfectum habet. ergo vr q̄ quicunq̄ vult esse ꝑfectus. appetere dz tentationis impulsum. ¶ Sed cōtra. nihil ē desiderandū cui⁹ cōtrariū est cnotinue appetendū. sed oēs viri iusti illā⁹ petitionē dñt facere. Et ne nos indu. in ten. ergo nullus dz appetere tentari. ¶ Itē nihil est appetendū qđ diligēter est p̄cauendum. sed tentatio diligenter est ꝓcauenda sicut dominus monet. Matth. xxvj. Vigilate ⁊ orate. ne intre. in tenta. g̃ ⁊c. ¶ Itē nihil est appetendū cui nō debeat se bō offerre spōte. sed tentationi nō dz se homo spōte offerre sicut dicit̄ sup illud Matth. iiij. Ductus est Jesus ⁊c. Glo. ductū esse Jesum ꝓmonet. vt nos instruat. q̄ non spōte oporteat in tentationē inslire. ¶ Itē nihil appetendū est qđ nostre salutis, aduersarius optat sed dyabolus desiderat nos tentare. ergo videtur q̄ nullus debeat tētationē appetere. ¶ Rñ. ad ꝓdictā qōnē via duplici rñderi pōt. ⁊ vtraq; satis probabiliter. Uno modo sic. vt dicamus q̄ cū triplex sit tentatio siue a triplici principio. Una scz a deo. alia a dyabolo. alia a carne. Prima tentatio simpliciter appetenda est. q⁹ deus non tentat nos nisi ad bonum. Altera vero tentatio que scz est a carne simpliter fugienda est. q⁹ illa non potest esse absq; peccato. sicut supra dixit magister di. xxj. Tertia vero q̄ est a dyabolo. aliquibus fugienda est. aliquibus appetenda est. His cñ qui virtute fortes sunt. nec de facili in tentationem inducī possunt. ⁊ si tentantur. appetibile est tentari ad sue virtutis exercitium ⁊ cumulum meritoꝝ. infirmis vero minime. q⁹ timere possunt ne ex ipso impulsu in tentationem inducantur. quos omnes debēt refugere. nam ⁊ si tētari malum non sit. in tentationem tñ induci semper malum est.

q; boc eſt a tentatiõe ſupari. Et boc eſt qõdicit Aug. xliij. de ci
ui. dei. ſicut ſe b; firmitas ⁊ infirmitas electo;. ſic metuũt cu
piuntq; tẽtari. Et ſm hãc diſtinctionẽ ad rõnes ad vtrãq; ptẽ
inductas põt de facili rñderi p eo q ſm diuerſas vias pcedũt
20 ¶ Aliꝰ modꝰ dicẽdi eſt q duplr eſt loq; de tẽtatiõe. Aut ſub
ppria rõne. ⁊ ſic tẽrando eſt ipulſus ad illicitũ ſm q de ea fit
ſermo in ppoſito. loq̃mur eñ hic de tẽtatiõe dyaboli q̃ fit p ma
li culpe ſuggeſtionẽ. q̃ dyabolꝰ boiem ad malũ nitit incurua
re. nõ de tẽtatiõe dei q̃ fit p flagellationẽ. q̃ deꝰ vult illos ſ;
acceptat approbare. ⁊ pbatos oñdere. hãc igit tẽtationẽ ſm ſe
conſideratã nullꝰ d; appetẽ. imo abhorrẽt ⁊ refugere maxie cõ
ſiderãdo finẽ. Alr eñ eſt conſiderare tẽtationẽ put ẽ materia, ex
ercẽde virtutis. ⁊ ſic a viris iuſtis deſiderari põt ab eis potiſſi
me q̃ in charitate feruẽt a deo q ignis deuotiõis ipſoꝝ plusin
flãmaẽ ex pñtia cõtrarũ q̃ extinguaẽ. Ab eis aũt q̃ſunt modi
ce charitatis nõ ſic deſiderari d;. Et eſt exẽplũ. q; ventus p er
flans fornacẽ magis ⁊ magis accẽdit. ſ; candelã extiguit. ⁊ iõ
tẽtationis impulſus ⁊ ſi q̃tũ in ſe eſt refugiẽdus ſit ab oibus ⁊
ab infirmis potiſſime ſicut rõnes ad ſcõam ptẽ inducte oſten
dunt inq̃tũ tñ eſt virtutis exercẽde materia a viris feruẽtib⁹
⁊ pfectis appeti põt ſicut oñdunt rõnes q̃ ad primã ptẽ indu
cunt. Illud tñ genus tẽtatiõis potiſſime appetũt viri iuſti qõ
eſt in flagelloꝝ ppeſſiõe. ſicut paſſus eſt Job ⁊ Thobias. ſicut
etiã paſſi ſunt martyres ab impijs zelo dyabolico excitatis. ⁊
ad boc oſtendẽdum procedunt ratiões q̃ ad primã partem in
ducuntur. ideo concedende ſunt.

ONſequenter q̃tum ad ſecundum ppo
ſitum queritur de cognitione primorum
parentum. ⁊ incidit hic queſtio. circa
tria. Primo enim querendum eſt de co
gnitione primorũ parentũ q̃tũ ad profe
ctum. Scõo q̃rendũ eſt q̃tũ ad defectũ
Tertio querit de ipſa cognitiõe q̃tũ ad
cõplementum ⁊ ſtatum.

D Queſtio. j. Utrũ ſi homo ſtetiſſet in cognitiõe profe
ciſſet p tpm interualla. ⁊ q nõ vr prio p
verbũ Aug. in li. de ſacra. Rerũ oim q̃ cũ boie ⁊ ppter boiem
facte ſunt pfectã cognitionẽ boiem accepiſſe nullidubiũ eſſe
d;. ſi. ergo ſtatim pfectã cognitionẽ habuit. q̃ vlteriꝰ pficere
non potuit. ¶ Itẽ docipm oñdit rõne quã facit ipſe Aug. no
mẽ debite impoſitũ eſt nature rei exprſſiuũ. nullꝰ igit põt res
oẽs noiare niſi is q̃ oĩs rerũ plenã b; cognitionẽ. ſ; adã oibus
noia impoſuit. nec illis rebꝰ alia ſunt aliq̃ pfectiora noia im
ponẽda vr igitur q adã pfecte cognouerit oĩa creata. ergo in
cognitione nõ pfeciſſet ſi in ſtatu ſue cognitionis pmanſiſſet.
¶ Itẽ nullus bñ regit ⁊ gubernat ea quoꝝ naturas ignorat
ſed oĩa fuerũt cõmiſſa regimini ⁊ gubernationi Ade ſm q dr
in Geñ. ⁊ in ps. Oĩa ſubie. ſub pedibus eius ꝛc. Adam ſui igit con
ditione primaria habuit prumꝰ homo rerũ cognitionẽ. ergo nõ
21 profeciſſet ad illã p diſciplinã p tẽpoꝝ interualla. ¶ Itẽ q̃d
homo addiſcit. addiſcit mediãte via ſenſus. mẽorie. ⁊ experiẽ
tie. ita ab interiori ⁊ exteriori. Si igitur homo in ſtatu innocẽ
tie didiciſſet p interiora ⁊ exteriora ad pfectionẽ veniſſet. ſed
talis ordo non congruit nature inſtitute. ⁊ dñi ordinate. ſ; ſo
lum lapſe cũ oĩ creature pẽſſet. vr ergo q nihil ſenſibiliũ in ſta
tu illo didiciſſet. ¶ Sz contra. Adam in ſtatu illo p interualla
tpm pfeciſſet ad gr̃am. alioquin peior eſſet cõditio ſua q̃ nr̃a.
cum nos multiplicãdo merita, creſcam⁹ in gr̃a. ergo pari rõne
p interualla tpm profeciſſet in rerũ notitia. ¶ Itẽ aut adã ſcie
bat q̃ ventura erant aut non ſciebat. Si ſic ergo p̃ſciuit lapſus
ſuũ ⁊ quid ex illo poſteris ſuis eſſet cuẽturũ. qõ plane appareꝛ
eſſe falſum. Si futura nõ cognoſcebat. ⁊ rerũ nature variãtur
in tpe. ergo multa incipiebat cognoſcere ſm tẽpoꝝ variatio
nẽ. ergo profeciſſet in cognitione. ¶ Itẽ nec adaꝝ oĩa viderat
nec oĩa audierat. eſto igitur q videret aliquã rẽ quã prr nõ vi
diſſet. cum videre ſit cognoſcere ſicut intelligere. vr q ſicut ne
ceſſario ſequr q incepit intelligere. incepit cognoſcere. ſimili
ter ſi incepit videre. icepit cognoſcere. ſi ergo multa ſenſibilia
vidiſſet q̃ prius non viderat. vider q multa didiciſſet ſenſibi
lia p tẽpoꝝ interualla. ¶ Itẽ ſi bõ ſtetiſſet. aut vnus homo
ſciret voluntatẽ ⁊ cognitionem alterius aut non. Si ſic. g̃ fru
ſtra egerẽt ſermone. Si non ergo cũ poſſet ab alio edoceri. vr
22 q in ſtatu innocẽtie multa addiſcere potuiſſet. ¶ Rñ. ad pdi;

ctoꝝ int elligẽtiam eſt notanduꝝ q pfectus ſcientie tripliciter
via põt conſiderari. vel a parte ſcibilium. vel a parte modoꝝ
cognoſcẽdi. vel a parte maioris habilitationis in cognoſcẽdo
Scõm primum modum loquẽdo intelligẽdum eſt q q̃dã ſunt
res q̃ fiunt curſu naturali. q̃dam q̃ curſu miraculi. vel miraby
li q̃dam q̃ fiunt voluntario curſu ſm q determinat Anſel. In
earum igit rerum cognitiõe q̃ quidẽ curſu naturali fiunt nõ p
feciſſet Adam q̃tuꝝ ad noui habitus acquiſitionẽ. Accepit eñ
ſicut dicit Hugo ⁊ magr in littera ab exordio omnium rerum
plenam noticiam. ⁊ boc etiam oſtẽdunt rationes q̃ ad primam
partẽ inducunt proficere tamẽ potuiſſet q̃tuꝝ ad alium modũ
cognoſcẽdi. ⁊ q̃tum ad maiorẽ habitum ſciẽdi. Quantum ad
alium modum etiam proficere poterat. q; qõ nouerat ſimplici
noticia. cognoſcere poterat experiẽtia ⁊ qõ nouerat intellectu
cognoſcere poterat ⁊ ſenſu. Proficere etiam poterat q̃tum ad
maiorẽ habilitationẽ. q; ex frequẽti conſideratione eorum q̃ no
uerat. promptior fuiſſet ⁊ paratior ad iudicandum de hiſrch⁹
quarum habebat cognitionẽ p habitum innatum. Et ſi eñ pri
mus homo non haberet tarditatẽ hebetudinis p aggrauatio
nẽ corporis mortalis. habebat tñ ſpiritus eius quandaꝝ mino
rẽ velocitatẽ p vegetationẽ corporis aialis. ⁊ ſic in cognitione
rerum naturalium Adam quodammodo profeciſſet. quodam
modo minime ſi ſtetiſſet. In earũ vero rerũ cognitione q̃ fiunt
curſu voluntario ⁊ mirabili ſiue ſupnaturali ſimplr proficere
potuiſſet. non ſolũ q̃tum ad modũ cognoſcẽdi. ſ; etiam in acq̃
rẽdo nouaꝝ cognitionẽ. Nec mirũ. q; ad boc q̃ cognoſceret di
uina myſteria indigebat ſupna illuſtratione. ad boc vero q̃ co
gnoſceret ſecreta alterius indigebat ipſiꝰ detectione. nec talis
profectus ſtatui innocẽtie derogabat. cuꝝ etiã beati angeli in
cognitione diuinoꝝ myſteriorũ ⁊ humanoꝝ ſecretoꝝ proficiãt
ppter qõ dicit Epbe. iij. Ut innoteſcat principib⁹ ⁊ poteſtati
bus p eccleſiã multiformis dei ſapia. Et ſic p rñſio ad propoſi
tam q̃ſtionẽ. Nam rationes ad primam partẽ inducte procedũt
de cognitione rerum naturalium. ⁊ ſic intelligit Hugo. ſuis eñ
rebus noia impoſuit adam. ⁊ illarũ rerũ cura ſibi cõmiſſa fuit
Ultima tñ ratio de pfectione ab interiori ⁊ exteriori nõ cogit.
q; ſicut dicit Aug. in. vj. muſice. obiectũ exterꝰ nõ agit in aiaꝝ
nec ipſam pficit. ſed ipſa aĩa ſeipſam mouet occaſione ab exte
riori acceptꝛa. ⁊ informando ſeipſam magis agit in obiectus q̃
agatur ab ipſo. ⁊ boc fuit in Adaꝝ multo fortius ⁊ nobiliꝰ q̃ ſit
poſt lapſum. Cũ illa ratio cogit q adã nõ potuiſſet reſpectu eo
rum q̃ cognoſcebat nouum modũ cognitionis acquirere. nec p
cedẽtes rationes boc aſtruunt q adã non poſſet magis habitu
tari in cognoſcendo p frequentiam in conſiderando.

¶ Rationes autem que ad partem oppoſitam inducuntur oñ
dunt q adam ſi ſtetiſſet proficere potuiſſet in cognitione reſpe
ctu eorum q̃ ſunt voluntaria ⁊ mirabilia. De aliis autem. ſcz de
bis que naturaliter fiunt non concludunt q adam acquiſiuiſ
ſet cognitionẽ nouã. vnde illa prima ratio de cõparatione gra
tie ad ſciẽtiam non valet. q; pfectio gratie non tantũ eſt ex do
no. ſed etiam ex merito pfectio autẽ cognitionis in adam erat
ex dono. ⁊ ſi ſtetiſſet non ſolũ in ipſo. ſ; etiam in poſteris nõ in
docte creditur a pluribus ſimiliter fuiſſe ſaltẽ q̃tum ad habi
tum. ⁊ boc dico propter cãm infantie. Ad aliã ſatisplana eſt re
ſponſio per iam dicta.

Queſtio. ij De cognitione primorum parẽtum q̃tum q
ad defectũ. ⁊ boc eſt q̃rere vtrũ ſi ſtetiſ
ſent in ſtatu innocẽtie aliquando decipi poſſent. Et q ſic videt
Geñ. iij. dixit mulier. ſerpẽs ſeduxit me. Sz conſtat q mulier
non conſenſit niſi q; eſtimauit eſſe verum qõ ſerpẽs dixit. ſ; an
te conſenſum non peccauit. ergo anteq̃ peccaret decepta fuit.
¶ Itẽ Aug. ſup Geñ. ad lr̃am. ⁊ habetur. 8. xxij. di. Credidit
adam vt unq̃ fieri poſſe. vt ⁊ vtrori more gereret. ⁊ p penitẽ
tiam veniam haberet. ſ; conſtat q illud fuit falſum ⁊ boc credi
didit anteq̃ peccaret. q; aliter non peccaſſet. ergo ꝛc.
¶ Itẽ magr ſu pra diſtin. xxj. loquẽs de muliere ⁊ ſerpẽte di
cit. q mulier non horruit ſerpẽtem. quia cum no uerit eſſe crea
tum. etiam officium loquẽdi a deo accepiſſe putauit. ſed hoc
falſum fuiſſe qõ putauit. ergo ꝛc. ¶ Itẽ, hoc videtur ratio
ne. ſi adam ſtetiſſet dormiuiſſet vtiq; ⁊ habuiſſet alias opatio
nes naturales. ergo cuꝝ ſomniũ ſit ex naturali motu fumoſita
tum ⁊ fantaſmatum circa organum fantaſie Adam ſomniaſſet
ſed in ſomnio ſimilitudo rei accipitur pro veritate. ⁊ vbicunq;

boc eſt

boc est ibi est deceptio. ergo ꝛc. ¶ Itē naturale est ꝙ q̄cūq̄ vī vī sub angulo. ꝛ quāto a remotiori aliq̄d videt tanto minoꝛes generat spēs ꝛ vī sub angulo acutiori. ergo ita paruus videre tur sol ipi ade sicut ꝛ nobis. ergo sicut decipit sensus noster in iudicādo de quantitate solis. ita vī ꝙ deciperet sensus Ade.

¶ Itē ponatur ꝙ aliquis homo peccasset Adam ignorante ꝛ assereret ei falsum. aut adam sciret ipm dicere falsum aut non Si sic tunc sciret occulta cordis alterius: pone ēm ꝙ ipse loq̄tur ei de secretis cordis sui. q̄ nosse in alio est proprīū solī⁹ dei. Si nesciret esse falsum. ergo nesciret ipm esse mendacem. ergo crederet ipm veracē esse. aut male iudicaret de illo. Sed si crederet ipsum esse veracē. crederet ipsum dicere verum. ergo necessario deciperetur. Sed cōtra. Aug. vera pro falsis approbare non est natura bois instituti. sed pena dānati. sed cū q̄s decipitur approbat verū pro falso vel econuerso. ergo nunq̄ boc fuisset in homine si perstitisset in statu innocentie.

¶ Itē aug. in Encḥ. xviij. c. Ipse p seipm error est. aut magn⁹ in re magna. aut paruus in re parua. ītm semp est malum ꝛ vbicunq̄ est deceptio ibi est error aliquis vel magnus vel paruus ergo non pōt esse in aliquo quin in eo sit malus. sed in adaz in statu innocentie nec est malum culpe nec malus pene. ergo ꝛc.

¶ Itē Aug. in Encḥ. c. xvj. Hic bones fallunt atq̄ fallunt. mi seriozesq̄ sunt cū mentiēdo fallunt. q̄ cū mētientibus credendo fallunt. ergo vī ꝙ vtrobiq̄ sit miseria. iz maioꝛ in fallēdo. ergo si in statu innocētie nō erat miseria. vī ꝛc. ¶ Itē in statu innocentie nihil homo paterer vel ageret cōtra naturā. sed deceptio est cōtra appetitū nat ure rōnalis. vñ Aug. in Encḥ. xvj. ca. vsq̄ adeo tīi rōnalis creatura refugit falsitatē. ꝛ q̄tus pōt deuitat errorē. vt falli nolit. etiā q̄cunq̄ amat fallere. Adā igit boc naturaliter recusabat. g̃ in statu innocētie decipi nō potuerat. ¶ Itē in adam oēs vires inferiores subiecte erant volūti. alioquin rectus ordo nō seruaret in boie in statu innocētie. ergo si homo nolebat decipi. nec assentire falso. videt ꝙ nunq̄ in ratione eius fuisset deceptio vel ad falsum inclinatio q̄diu pmansisset in statu illo primo. ¶ Itē maioris indignitatis est falli in aīa q̄ pati in corpore. vnde decuit xp̃m assumere passionē in corpe nō deceptionē in mente. sed si adam stetisset. nulla fuisset in eo corporalis passio. ergo nulla fuisset in eo deceptio

5 multis modis sicut dictū fuit in prio lib. vicz sicut instrumento ꝛ habitu directiuo. vel sicut obiecto primo modo nullo mō ꝯtingit male vti virtute. q: virtus ꝯtū est de se ēper ad bonū dirigit. nec vnq̄ p virtutē aliq̄d ordinat ad malū. q: virtus est bonus vsus voluntatis sicut ōr Aug. Scō modo cōtingit male vti virtutib⁹ opꝰ virtutis est bonꝰ vsꝰ istoz quibus etiā non bene vt possumus. Nemo aūt bene vtꝫ tēdo male vtitur. Nō solū aūt magna: sed ēt media et mīima bona esse prestitit bonitas dei. Ecce habes tria gña bonoz distincta.

Psal. cxviij.

c

☞ In quib⁹ bonis sit liberꝫ arbitrium c

¶ Queritꝫ aūt in q̄b⁹ bonis ꝛtineak liberū arbitriū. D eō Augu. i. j. li. retrac. ita ait. In medijs quidem bonis inuenitur liberū volūtatis arbitriū q: ꝛ male illo vti possum⁹ sz tāle est vt sine illo recte viuere nequeam⁹. Bonꝰ aūt vꝰ eius iā virtus est que in magnis reperitꝫ bonis. q̄b⁹ male vti nullus pōt. Et q: bona ꝛ magna ꝛ media ꝛ mīnima ex deo sunt seq̄tꝫ qꝫ ex deo sit ēt bonꝰ vsus libere volūtatis qui virtus ē. ꝛ in magnis numeratꝫ bonis.

¶ Attende diligēter q̄ dicta sunt ꝛ cōfer in vnū. Sic enīz aperietꝫ qō supra q̄rebatur. Dixit equidez opus virtutis esse bonum vsum illoz bonoz quibus ēt non bene vti possumus. i. mediorum in quib⁹ posuit liberum arb. cuius q̄ bonum vsum dixit esse virtutem. Nō si est. nō ē opus virtutis quod supra dixit. q: aliud est virtus. aliud opus eius.

☞ Determinat qōnez qua queritur de ꝓparatiōe gratie ad virtutē soluens fm opinionem cōiorem. d

¶ Hic videndū ē q̄d sit virꝰ ꝛ q̄d sit actꝰ vel opꝰ ei⁹. ¶ Virꝰ ē (vt ait Aug.) bona qualitas mētis qua recte viuitꝫ. ꝛ q̄ nullus male vtitꝫ. quā deꝰ solꝰ in homine opatꝫ. Jōǫz opꝰ dei tm̄ ē sicut de virtute iusticie augu. docet sup illū locū ps. Feci iudiciū et iusticiā ita dicens. Justicia magna virtus animi est quā nō facit in hoīe nisi deus Jdeoǫz cū ait prophetа ex pſona eccl̄ie. feci iusticiaz nō ipsam virtutē (quā nō facit hō) sed opus eius intelligi voluit. Ecce aperte insinuatꝫ hic qꝫ iusticia in hoīe non est opꝰ hominis. sed dei. quod ꝛ de aliis virtutibus itidem intelligendum est.

☞ De fide itidem dicit qꝫ non est ex homine sed ex deo tantum. e

¶ Nam de gratia fidei. ephesis scribens Apl's. similiter fidē nō ex hoīe sed ex deo tm̄ eē asserit inquiens. Gr̄a estis saluati per fidē. ꝛ hoc nō ex vobis. dei eni donum est. Nō a sanctis ita exponitur. hec. s. si des nō est ex vi nature nr̄e. q: donū dei pure est. Ecce ꝛ hic apte tradit̄. qꝫ fides nō est ex libertate arbitrij. siue ex arbitrio voluntatis: qō supioribꝰ cōsonat vbi dictū est. gratiā p uenientem vel opantē esse virtutē que volūtatē hois liberat ꝛ sanat. Unde Aug. in lib. de spiritu ꝛ lr̄a ait. Justificati sumus nō p liberā volūtatē. sz p gr̄am xp̄i nō qꝫ sine voluntate nostra fiat. sz volūtas nr̄a oñditur infirma p legē. vt sanet gratia volūtatē. ꝛ sana voluntsca impleat legem.

☞ De gratia que liberat voluntatē que si virtus est nō est ex libero arbi. ꝛ sic nō est motus mentis. f

¶ Si igit gr̄a que sanat ꝛ liberat voluntatē mētis hois virtus est. vel vna vel plures. cū ipsa gr̄a nō sit ex arbitrio volūtatis sed eā potius sanet ac p:eparet vt bona sit. consequiturvtvirtus nō sit ex libero arbitrio. ꝛ ita nō sit motus vl' affectus mentis. cuz omnis motus vel affectus mētis sit ex libero arbitrio. sz bonꝰ ex gratia est ex libero arbitrio. malus vero ex libero arbitrio tantū. Et eñ ait Aug. in lib. retracta. Homo sponte a libero arbitrio cadere potuit. non etiā resurgere. Jdē in libro ō duabus animabus. Anime si libero ad faciendum ꝛ non faciendum motu animi careāt si deniqꝫ his abstinendi ab opere suo potestas nulla cōceditur, earum pctiā tenere non possumus. Hic apte ostendit̄ qꝫ motus animi siue ad bonū siue ad malū ex libero arbitrio ē. Jōǫz si gr̄a vel virꝰ morꝰ mētis est. ex libero arbitrio ē. Si vero ex libero arbitrio vl' ex pte ē. iā nō solꝰ deꝰ sine hoīe eā facit. ¶ Propterea quidaz nō nec est aliquid ita bonuz circa qō nō possit seli. ar. deordinari inordinate agendo illud. Epb. j.

c ¶ Virtus est vt ait Au. bona qualitas mētis ꝛc. Videtur hec notificatio prio redargui posse a mō predicandi. Nihil ei qō p dicat̄ de altero in abstractione. predicari bz de altero i cōcretione. sicut dicit philosopbus. si g̃ virtus est bonitas nullo mō vr' dicēda est bōa. ¶ Itē redarguit̄ p dicta diffinitō a ōfectu cōuertibilitatis in predicādo. q: hec tota rō cōuenire pōt gr̄e ꝛ donis ꝛ alijs habitibus ale

¶ Itē redarguit̄ p falsitate in boc qō dicit quā Augst. deus in nobis sine nobis operatꝫ. hoc eñ est cōtra Aug. q̄ dicit qꝫ q̄ creauit te sine te non iustificat te sine te. Et bernard. di. qꝫ ad opus nr̄e salutis duo ꝯurrunt. s. deus ꝛ liberꝫ arbitrium. Jurta hoc q̄ritur cum vnius rei vna sit diffinitio. ꝛ differēter diffiniatur a diuersis ipa virtus. quo ille diffinitiones distinguantur. 6

¶ Rñ. dōm qꝫ virtus accipit cōiter ꝛ ꝓprie. ꝛ magis ꝓprie. Scōm qꝫ communiter accipit. sic ꝓpe bendit moralē virtutē et naturalē. ꝛ sic dupliciter bz diffiniri aut. in cōparatione ad actum aut in ꝓparatione ad actum ꝛ finē vltimū. Prio mō diffinit̄ a philosopbo de celo ꝛ mūdo cuz dicit. virtus est vltimū potentie de re. Secūdo mō diffinit̄ ab eodē in vij. Ethico. virꝰ Augst. est dispositio perfecti ad optimum. Iste enim due sunt notificationes virtutis in sua generalitate p ut comprebendit virtutē naturalem ꝛ moralē. Alio mō considerat̄ virtus p prie. put cōprebēdit moralē tm̄ extenditur tm̄ ad politicam ꝛ gratuitam. Et sic dupliciter bz cōsiderari. Aut per comparationem ad ipm actū. Aut p cōparationē ad principiuz directiuū. Si p cōparationē ad actū. sic diffinit a philosopbo in Ethi. vs tuos est habitus qui perficit habentem et opus eiꝰ bonum reddit. Per cōparationem aūt ad principium directiuū. sic diffinit ab eodem philosopbo idem. virtus

Ibicpe rit ad q̄d pā cra tu dāt vt nocdo rat an virt' fi mor'm tis vo nō.

dē. Virtus est habit⁹ voluntarius in medio consistens. recta rōe determinatus put sapiens determinabit. ⁊ fin hoc ēt diffinit a Tullio p aliaverba Virtus est habitus mentis in modū nature rōni ꝓsentiēs. Scōm hanc duplicē cōparationē diffinitur ab Aug. virtus moralis p aliaverba idē signātia in lib. de spū ⁊ alia sic. Virtus est habitus mentis bñ cōpositē. In li. de quātitate aie. Virtus est equalitas vite rōni vndiq; ꝓsentiens. Ille due notificationes si qs attēdit realiter idē sunt cū predictis. ⁊ tā iste q̄ ille sunt illius virtutis q̄ p assuetudinē bz acq̄ri. Tertio mō pōt ꝓsiderari virtus magis ppie put accipit p virtute gratuita. ⁊ sic quadruplr pōt comparari. videlz ad finē. ad subiectū ad actū. ⁊ ad suū principium. fm quadruplex genus cāe. videlicz finalis. formalis. materialis. et efficiētis. In cōparatione ad finē sic diffinit i soliloquio ab Aug. Virtus est rō recta ad suū finem ꝓueniens. In cōparatione vo ad subiectū qđ informat qđ est ipsa voluntas. sic diffinit ab eodem de ciui. dei. Virtus ē bona voluntas. In cōparatione vo ad actū ppium siue cōplementuz sic dat illa de moribus ecclesie. Virtus est ordo amoris siue amor ordinatus. In cōparatione vo ad suum principiū effectiuū dat illa q̄ ponit a magro in lra. Virtus ē bona qualitas mentis ⁊c. In qua diffinitione boc qđ dr qualitas mētis ponit p gñe ⁊ subiungunt tres dr̄ie. Per q̄ qđ dr qua recte viuit. separat a bonis corporalibus. Per boc qđ dr qua nemo male vtit. separat a pprietatibus spūalib⁹ ⁊ naturalibus. Per boc aūt qđ subiungit quā deus i nobis sine nobis operat. separat a pprietatibus spūalibus ⁊ ꝓsuetudinibus. que tñ sint boni vsus potentiarū aie. non sunt tñ p infusionē. sed p acq̄sitionē. Et sic ꝓz intellectus bui⁹ diffinitiōis ⁊ distinctio ab alijs.

¶ Ad illud qđ obr̄ q̄ nō dr dici bona cum sit boni inerudite tradūt virtutem eē bonā mētis qualitatē siue formā q̄ aiam informat. ⁊ ipsa nō est motus vel affectus ai. sed ea liberū arbitriū iuuat. vt ad bonū moueat ⁊ erigat. ita ex virtute ⁊ libero arbitrio nascitur bonus motus vel affectus ai. ⁊ exinde bonū opus ꝓcedit exterius. Sicut pluuia rigat terra vt germinet ⁊ fructū faciet. nec pluuia ē terra. nec germē. nec fructus. nec terra germē vel fructus. nec germē fructus. Ita gr̄a terre mētis nr̄e. idest libero arbitrio volūtatis infūdit pluuia die bñdictōis. i. inspirat gr̄a. qđ solus deus facit. nō hō cū eo qua rigat voluntas hois vt germinet ⁊ fructificet. i. sanat ⁊ ꝑparat vt bonum velit fm qđ dr operans. ⁊ iuuat vt bonū faciat fm qđ dr cooperās. ⁊ illa gr̄a virtus non incōgrue noīat. q; voluntatē hois infirmam sanat ⁊ iuuat.

☞ Determinat qōnes qua grit de cōparatione gratie et virtutis ad meritum. g

¶ Cū ergo ex gr̄a dicunt esse bona merita ⁊ incipere aut intelligit gr̄a gratis dās. i. de⁹. vel potius gr̄a gratis data. q̄ voluntatē hois ꝓuenit. Non esset magnū si hec a deo dicerent esse a quo sunt oīa. ſz potius eius gr̄a gratis data intelligit ex qua incipiūt bona merita. q̄ cū ex sola gr̄a esse dicantur. nō excludit liberū arbitrium. q; nullū meritū est in hoīe qđ nō sit p liberum arbitriū. Sed in nobis merendis cāe principalitas gratie attribuit. q; principalis cā bonoz meritoruz est ipsa gratia. qua excitatur liberū arbitriū. ⁊ sanat atq; iuuatur voluntas hominis vt sit bona.

☞ Vt bona voluntas gr̄e principal⁹ est. ⁊ etiā gr̄a est sic ⁊ oē bonū meritum. b

¶ Que ipsa etiā donuz dei ē ⁊ hois meritū immo gr̄e. q; ex gratia principal⁹ est ⁊ gratia est. Unde Augu. ad Sixtum ꝓsbyterū. Quid est meritum hois añ gratiam cū oē bonuz nostrū meritum non in nobis facit nisi gratia. Ex gratia esse vt dictum est que ꝓuenit et sanat arbitriuz hominis. ⁊ ex ipso arbitrio procreatur i anima hominis affectus siue bonus motus mentis. ⁊ hoc est primum bonum hominis meritum. Sicut verbigratia. ex fidei virtute ⁊ hois arbitrio generatur in mente motus q̄dam bonus ⁊ remunerabilis. scz ipsum credere. Ita ex charitate ⁊ libero arbitrio alius quidem motus bonus prouenit. s. diligere. bonus valde. Sic de ceteris virtutibus intelligēduz est. ⁊ isti boni mot⁹ vel affectus merita sunt ⁊ dona dei. q̄bus meremur ⁊ ipsoz augmētationem ⁊ alia q̄ conseq̄ter hic ⁊ in futuro nobis apponuntur.

☞ Ex qua ratione dicitur fides mereri iustificationem ⁊ alia. i

¶ Cum ergo dr fides mereri iustificationē ⁊ vitā eternam. ex ea rōne dictuz accipit. q; p actū fidei meretur illa. Similiter de charitate ⁊ iusticia ⁊ de alijs accipitur. Si em̄ fides ipsa virtus ꝓueniens diceret esse mētis actus qui est meritū. ita ipsa ex libero arbitrio originē haberet. quod quia non est sic dicitur esse meritū quia actus est eius meritum si tamen assit charitas sine qua nec credere nec sperare merituz est vite. Unde apparet vere quia charitas est spiritussanctus que animē qualitates informat et sanctificat. vt eis anima informetur et sanctificetur. sine qua anime qualitas nō dicitur virtus quia non valet sanare animam.

☞ De muneribus virtutum ⁊ de gratia que nō est. ſz facit meritum. l

¶ Ex muneribus itaq; virtutum boni sum⁹ ⁊ iuste viuimus. ⁊ ex gratia que non est meritū sed facit nō tñ si ne libero arbitrio ꝓueniunt merita nostra. scz boni affectus. eorumq; progressus atq; bona opa que de⁹ remunerat in nobis ⁊ hec ipsa sūt dei dona. Ñ Aug. ad sixtum presbyterū. Cum coronat deus merita nr̄a nihil aliud coronat q̄ munera sua. Unde vita eterna que in fine a deo meritis precedentibus redditur. q; et eadem merita quibus redditur. non a nobis sunt. ſz in nobis facta sūt per gratiam recte ⁊ ipsa vita gr̄a nūcupatur. q; gratis dat. Nec iō gratis. q; non meritis dat. sed q; data sunt p gr̄am et ipsa merita q̄bus dat.

☞ Epilogus. l

¶ Ex p̄missis iā inotescere nobis aliquaten⁹ pōt q̄liter gr̄a ꝓueniens mereat̄ augeri ⁊ alia, ⁊ q̄d ipa sit. an virtus an aliud. et si virtus. an sit actus vel non.

¶ Ñ sūt ei est supra ex pte quoruñdā q̄ ipa est virtus q; virtus nō ē actus ſz eius cā. nō tamē sine libero arbitrio. Unde qđ supra. Aug. dr. bonum vsuz liberi arbitrij eē virtutē. ita accipi pōt id ē. actū virtutis. Alio quin sibi contradicere videret. qui etiā opus virtutis supra dixit esse bonum vsum eoruñ quibus nō bene vti possum⁹ i quib⁹ posuit liberū arbitriū. Si vero bon⁹ vsus liberi arbitrij opus virtutis est: iam virtus non

7 ¶ Ad illud qđ obr̄ q̄ nō dr dici bona cum sit boni

est.cū ergo bonū vsum eius virtutē esse dixit.noie virtutis ipsius vsum significauit.

Q; gra ꝓueniēt qua vr' intelligi/tur nō ē li. arbi. vsus. ſz ex ea bo/na meri/ta. j.co.xv.

¶ Q; idem vsus est virtutis ⁊ liberi arbitrij ſz virtutis ꝓncipaliter. m

¶ Jdē nēpe vsus bonus ex virtute est ⁊ ex libero arbitrio sed ex virtute ꝓncipal'r. Et bonus ille vsus in magnis bonis annumerādus ē. Illa aūt gra ꝓueniēs q̄ ⁊ virtus est.nō vsus liberi arbitrij est.sed ex ea potius est bonus vsus liberi arbitrij q̄ nobis est a deo.nō a nobis. ¶ Vsus vo bonus arbitrij ⁊ ex deo est ⁊ ex nobis.⁊ tō bonū meritū est. Jbi em̄ solus deus op'at.hic deus ⁊ hō. Hoc merituꝫ ex illa purissima gra ꝓuenit. qō apl's notauit dicens. Gra dei sum id qō sum.⁊ gra eius in me vacua nō fuit. Sup quē locū Aug. ita ait. Recte gram noiat.primū ei solā gram dat deus.⁊ nō nisi gram.cū nō ꝓcedūt nisi mala merita.ſz post p graz incipiūt merita bona. Et vt oñderet ēt liberū arbitriū addit.⁊ gra eius in me vacua nō fuit. Et ne ipsa voluntas sine gra dei putet aliq̄d boni posse.subdit. Nō autē ego solus.s.sine gra ſz gra dei mecū.i.cū libero arbitrio. Plane cū data fuerit gra incipiūt esse nra merita bona.p illā tū q; si illa defuerit cadit hō.

¶ Soluit qōnē scdo motaz ꝑm opinionē que mln' cōiter tenetur que dicit virtutes esse bonos vsus liberi arbitrij.i.actus mentis. n

Opinio mln' cōi tēti arū. tenetur.

¶ Alij vo dicūt virtutes eē bonos vsus naturaliū potētiarū.nō tñ oēs.sed tñmō interiores q̄ in mēte sunt Exteriores vo q̄ p corpus gerunt nō vtutes eē dicūt ſz opa vtutū. Et tō qō aug. dicit op' vtutis esse bonū vsum naturaliū potētiarū.de vsu exteriori accipiunt.

Q; vo dicit bonū vsum liberi ar. virtutē esse.⁊ in magnis numerari bonis.de vsu iteriori itelligūt. Et vtutes nihil aliud eē q̄ bonos affectus vel mot' mētis asserūt quos de' in hoie facit nō hō.q; ſz illi mot' sint liberi ar.nō tñ eē queūt nisi de' ip̄z liberet ⁊ adiuuet gra sua operāte ⁊ cooperāte.quā dei gratuitā volūtatē accipiūt.q; deus est q̄ op'at in nobis velle ⁊ opari bonū ¶ Quibus autoritatibus muniūt q̄ virtutes sint motus mentis. o

¶ Q; aūt vtutes sint mot' mētis.testimonijs sctōrū astruūt. Dicit ei Aug.sup Jo. Quid ē fides. Credere qō nō vides. Credere aūt mot' mētis est. Jdē in li. iij.de dōct.xp̄ia. Charitatē aūt voco motū aī. Si vo charitas ⁊ fides mot' animi sunt virtutes. g̃ motus aī sunt. Quib' ⁊ alij rñdētes p̄missa verba Aug.ita intelligēda fore inquiūt. Fides est credere qō nō vides idest fides ē virtus qua credit qō nō vī. Jtē charitas est motus aī.i.gra q̄ mouet aīus ad diligēdū. Et q̄ h ⁊ his silia sic accipiēda sint. Ex his ꝓicit q̄ alibi Aug. ait. Nā i ꝓio li. qōnū euāg. inq̄t. Est fides qua creditur ea q̄ nō vident q̄ ꝓpie dr fides. Jtē i. xiij. li. de tri. Aliud sunt ea q̄ credunt.aliud est fides qua credunt. Ex q̄b' verbis sic argumētādo ꝓcedūt. Aliud ē credere.aliud illud qō credit. Predictū aūt est fidē id esse quo credit. Sic ergo credere nō est fides. q; credere nō est id quo credit. Addūt q̄. Virtus op' dei tñ est quā ipse solus facit in nobis. Jpsa g̃ nō eysus vel act' liberi arbitrij.sed credere est act' liberi arbitrij.nō est itaq; virtus. Premissis alijsq; rōibus ac testimonijs innitunt vtriq; hoz aūt iudiciū diligētis lectoris relinquo examini ad alia ꝓperans.

AD intelligentiā huius partis i qua agit de cōparatione gre.duo q̄runt ꝑm q̄ gra ꝺnpl'r cōparari bz.Primo q̄rit de gra in cōparatione ad aliū habitū. Scdo vo q̄rit de gra in cōparatione ad meredi exercitiū. Circa primū q̄runt tria. Primo q̄rit de vna dria gre in cōparatione ad alias. Scdo vo q̄rit de ipsa gra in cōparatione ad virtutē gratuitā. Tertio vo q̄ritur de ipsa gra in comparatione ad gloriam.

Questio.j. Utrum gra gratūfaciēs diuidi habeat ꝑ dr̄ias diuersas p essentiaz. Et q̄ sic vr' Magr in lra sumens autoritatez Aug. diuidit gram in ꝓuenientem ⁊ subsequentē. si igit recta diuisio dz esse p oppositā.⁊ opposita non p̄t fieri circa idem sil'r semel. vr igit q̄ impossibile sit vnā ⁊ eandem gram esse ꝓuenientem ⁊ subsequētem. Qđ si tu dicas istam diuisionem esse solummodo p dr̄ias quantū ad actum ⁊ effectum. non quantum ad habitū. ℨ hoc est qđ dr in glo. sup Exo. xxxij. Si inueni gram ⁊c. ibi gl. Non vna gra sufficit sctis. Una em̄ ꝓcedit vt dñm diligant ⁊ cognoscant. altera subseq nit vt se mundos custodiant. ergo diuisio gre in ꝓuenientem ⁊ subsequentem non solum est p diuersos vsus. sed etiam p diuersos habitus. ¶ Jtez j. Lor. xij. Diuisiones gratarum ⁊c. Si igit ille gre quas ibi distinguit apl's diuise sunt.⁊ a spūsctō diuidunt. vr q̄ essential'r distinguant. Si tu dicas q̄ loquit de gratijs gratis datis. non de gra gratumfaciente Obr ℨ hoc. qz plura sunt necessaria ad hoc q̄ hs habeat graz gratumfacientem q̄ gram gratis datam. ergo ii ad ꝓfectionē vsus gre gratis date requirit habituum multitudo. multoforo tius ad ꝓfectionem gratie gratumfacientis. ¶ Jtem obiicꝑm vr rationē. Si vnum oppositoz dr multipl'r.⁊ reliquum qō illi opponit. sed culpa coipso q̄ culpa est oppomt gre gratūfaciēti ꝑm q̄ gra est. ergo cū multe sint dr̄ie culparum que formaliter distinguunt. vr q̄ multe sint dr̄ie gre gratumfaciētis que essentialiter diuersificent. ¶ Jtem habitus diuersificantur p actus. sed ad gram ꝑm q̄ hmōi ꝓtinet aliam curare. pertinet etiam a malo ꝓseruare. ꝓtinet etiam in bonis eaz fortificare. si igit isti sunt alij ⁊ alij actus ꝑm quos etiā medicine corporales adinuicem distinguunt. qz alia est medicina ꝓseruatiua. alia curatiua. alia restauratiua. pari ratione vr hoc ꝓuenire gre. ¶ Jtez sicut se bz scia respectu cognoscendoz. sic se bz gra respectu meritoz. ſz scia respectu diuersoz cognoscibiliū est alia ⁊ alia. ergo vr q̄ gra que est ꝓncipium diuersoz meritoz sit alta ⁊ alia. hec aūt est gra gratumfaciēs. ergo ⁊c. Sz ℨ. prima diuisio gre gratumfacientis est in ꝓuenientem ⁊ subsequentem. sed ista membra. vt dicit mgr in lra non faciunt diuersitatem habituum sed effectuum. ergo nec aliqua alia membra gram diuidentia. ¶ Jtem eadem est lucis influentia que fugat tenebras ⁊ illuminat aerem. ergo in spūalibus eadez est influentia que culpam expellit.⁊ ad bonum disponit. sed prima est gra ꝓueniens. scda subsequens. ergo vr q̄ tñ vna gra sit in aīa. ¶ Jtez vnius acceptati vna est acceptatio. si igitur gra gratumfaciens non est aliud q̄ ipsa acceptatio siue ratio acceptandi qua aīa acceptat a deo. vr q̄ in vno hoie vnam tñ sit ponere gratiam gratumfacientem. ¶ Jtem imago recreationis respondet imagini creationis. sed ad imaginez creationis non solum requirit potentiarum pluralitas. sed etiā essentie vnitas ad quam reducatur illa pluralitas. ergo ⁊ in imagine recreationis necesse est ponere aliquem habitum vnum in quo vniant omnes habitus virtutum. hic aūt non est nisi gra gratumfaciens. ergo ⁊c. ¶ Jtem vnus homo oibus virtutib' idem ⁊ equaliter merit.⁊ in oibus equaliter acceptat. hoc autem non esset nisi vna esset ratio acceptandi ipsum hoiem ꝑm se in oibus actibus suis. hec aūt non est nisi gratia gratum faciens. ergo ⁊c. ¶ Rñ. dom q̄ in vna aīa est tñ ponere vnam gratiam gratumfacientem. Ratio aūt huius sumit ⁊ ex parte ꝓncipij effectiui ⁊ ex parte subiecti.⁊ ex parte finis vltimi ⁊ ex parte finis primi ⁊ etiam intermedij. Ex parte ꝓncipij effectiui. Qm̄ gratia est influentia a deo ꝓcedēs in ipsam animam ꝑm quam deus totā aīam sibi assimilat. Qm̄ q; vnius rei vna est silitudo. in vna aīa. vna reperit gratia ꝓcedens ab effectiuo principio. Ex parte subiecti silr necesse est gratiā gratumfacientem esse vnam. ꝓ eo q̄ gratia comparat ad aīam sicut principium dans ei vitam inesse scdo. Et qm̄ vnus viuificabilis vna est vita siue principium viuificans. hinc est q̄ in

vna

vna alia tñ dz esse vna gña. Ex parte vo finis tã primi q̃ vlti/
12 mi q̃ etiã intermedij rõ sumit. ¶ Gña em̃ est ad hoc qõ faciat
boiem deo acceptũ. Est ẽt ad hoc vt p ipsam perueniat bõ ad
vnũ et summũ bonũ. Est etiam ad hoc vt opus a lib.ar. egre/
diens sit meritoriũ apud deum. Om̃ igitur deus nõ acceptat
boiem f̃m q̃d. sed si acceptat. totũ acceptat ꝛ opa eiusdẽ bois
f̃m vnũ statũ sunt equaliter meritoria. et merces oĩm meritor
est vna. hinc est q̃ necesse est ponere ĩ vno boie gratiã eẽ vnaz
exigente hoc cõparatione ad affectiuum principiũ. ꝛ ad sub/
iectum. et ad finẽ immediatũ ꝛ vltimũ. Unde rõnes que hoc
13 ostendunt concedẽde sunt. ¶ Ad illud vero qõ primo obijcit
in contrariũ de diuisione magistri quã ponit in lra dõm q̃ illa
diuisio gratie est penes effectus quos dz in nobis quoz vn⁹
accipit respectu mali a quo liberat. alter respectu boni ad qõ
ordinat. Om̃ notandũ est q̃ nomẽ gñe equiuocat. vt aliqñ acci
piatur pro habitu. aliqñ pro effectu habitus ꝛ in proposita di
uisione non accipit pro habitu sed pro effectu. Per hũc ẽt mo
dũ accipitur in illa glo. in qua dr̃ q̃ non vna gratia necessaria
est sãctis ꝛc. id est non vnus effectus gñe tñ. Et si tu obijcias
q̃ habitus diuersificantur per actus et effectus. dõm q̃ illõ
dz veritatem in actibus primis. quoz vnus ad alterũ non dz
ordinari. sic aũt non est in proposito. q; actus gñe preueniẽtis
14 ordinẽ dz ad actũ gñe subsequentis. ¶ Ad illud qõ obijcit de
auctoritate apostoli. dõm q̃ sicut in opponendo predictus est
hoc intelligit de gratijs gratis datis. ille eĩ multiplicant p/
pter hoc q̃ ordinant ad opera exteriora. ita q̃ f̃m primã ꝛ im
mediatã rationẽ effectus diuersos respiciunt. gña aũt gratus
faciens inq̃tumhmõi non dz respicere opera exteriora sicut ĩ
teriora. nisi mediantibus habitibus virtutũ ꝛ donoz̃ aut si il
la respicit. hoc non est nisi inq̃tum considerant sub vna rõne
ves sub ratione meriti. ꝛ iõ non tenet illud qõ ꝓ̃ter obijcit q̃
maior est perfectio gratie gratũ facientis q̃ gñe gratis date
quod et si verum sit intensiue. nõ tamen oportet q̃ extensiue.
15 ¶ Ad illud qõ obijcitur q̃ culpa multipliciter dr̃. ergo et gña
rñderi põt q̃ illa ratio deficit dupliciter. Primum quidẽ q;
illud intelligitur de multiplicatione non f̃m diuisionem que ẽ
in partes subiectiuas. sed f̃m diuersas acceptiones siue signi
ficationes. Cũ em̃ irrõnale diuidat ꝺ̃ rõnale. nõ dz q̃ tot sint
rõnalia quot irrõnalia. Scõo ẽt deficit. q; vni bono nata sunt
opponi plura mala. cũ malũ fiat multipliciter. ꝛ bonũ vno mõ.
16 ¶ Ad illud qõ obr̃ q̃ actus gñe f̃m q̃ gña est diuersificant ꝛc.
dõm q̃ si actus illi diuersi sint tãta diuersitate q̃ in corpora
libus diuersis rebus attribuunt q; alterius medicine est cu/
rare. ꝛ alterius ꝑseruare. in spũalibus tñ nõ sic diuersificant
vt inducãt diuersitatẽ habitus. tũ ppter ipsoz actuum ꝛ effe/
ctuũ ordinẽ. tũ ẽt ppter ipsius habitus ꝓfectionẽ. ex qua dz vt
possit multo melius in plures effectus siue sui multiplicatiõe
q̃ natura corporalis hoc possit ex diuersarũ naturaz ꝓiũctõe
17 ¶ Ad illud qõ obr̃ de scia plana est responsio per iã dicta. nõ
enim est simile. tum q; scientia dicit habitum habentem respe
ctus ad exteriora cognoscibilia f̃m speciales ꝛ proprias cõdi/
tiones ꝛ naturas. tum etiam q; aliquo mõ scientia creata cau
sari dr̃ ex rebus extra. tũ etiã q; ad ipsam maxime ptinet disti
guere. Opposita aũt barũ ppietatũ ꝛ ꝺditionũ reperiri bñt
in gratia sicut põt haberi ex his q̃ predicta sunt. Unde nõ plu
rificatur. sed in alia vna reperitur vna.

18 **Quæstio.ij.** De cõparatione gñe ad virtutẽ gratui
+tã. ꝛ est qõ. Utrũ gratia gratũfaciens
ꝛ virtus gratuita differãt p essentiã. Et q̃ sint idẽ. Ur̃ primo p
illud qõ mgr̃ dicit. ꝛ habitũ est in distinctione p̃cedẽti. q̃ gña
gratũfaciens est fides cũ dilectione. si ergo fides ꝛ charitas
virtutes sunt. videt̃ ꝛc. ¶ Itẽ quoz diffinitiones sunt eedem
ipsa sunt eadem. sed gña sic diffinit̃ ab Ysõ. Gña est diuine mi
sericordie donũ p qõ bone voluntatis est exitus. Sed hec diffi
nitio ꝓuenit virtuti gratuite. ergo ꝛc. ¶ Itẽ eadẽ est p essen/
tiã gratia operãs ꝛ cooperãs. sed gña cooperãs in li.ar. nõ est
aliud q̃ virtus gratuita. cũ ipsius sit volũtati cooperari. ergo
idẽ est virtus ꝛ gratia. ¶ Itẽ quoz effectus ꝛ actus ꝓximus
ꝛ immediatus est idem. ipsa sunt eadẽ. sed gratie actus respe
ctu subiecti est aiam viuificare. respectu dei est acceptã reddẽ
re. respectu operis est ipsum opus meritoriũ facere. omnia hec
eadẽ p essentiã virtuti cõpetũt. Nã dr̃ Ro.j. Justus ex fide vi
uit. Et Heb.xj. Sine fide ipossibile ẽ deo placere. Et.j. Loz.

xiij. Si charitatem non habuero. nihil mihi prodest. ergo si p̃
mi effectus gratie virtuti attribuuntur. gratia ꝛ virtus sunt
vnus ꝛ idem habitus. ¶ Item si habitus sunt diuersi. vn⁹ nõ
denominat alterum. sed gratia virtutem denominat. Dicitur
enim virtus gratuita. ergo gratia ꝛ virtus non differunt in es
sentia. ergo ꝛc. ¶ Item circũscripto omni alio habitu. si quis
habeat fidem ꝛ charitatem. habet vnde deo placeat. ꝛ vnde
et iam seruiat. si igitur illud qõ facit deo placere est gratia
gratumfaciens. ergo omni habitu circunscripto. intellecto q̃
quis habeat fidem ꝛ charitatem. habet gratiam gratumfaci/
entem. ergo gratia gratumfaciens non est aliud per essentiaz
differens a virtute. ¶ Sed contra. Anselm. de concordia prede
stinationis ꝛ li.ar. rectitudinem voluntatis nullus habet nisi
dei gratia preueniente. sed virtus nõ est aliud q̃ rectitudo vo
luntatis. ergo virtus est a gratia preueniẽte. sed in creaturis
differt effectus a causa per essentiam. ergo virtus gratuita es
sentialiter differt a gratia. ¶ Item quecunq; sic se habent q̃
vnum est medium operandi respectu alterius illa differunt p
essentiam. q; nihil creatum agit seipso. sed gratia in opus bo/
num ꝛ in actum determinatum mouet mediante virtute. er/
go gratia ꝛ virtus gratuita differunt per essentiam. ¶ Item
quecũq; sic se habent q̃ vnum illoz habet actum continuum.
ꝛ reliquum habet actum interpollatum illa differũt per essen
tiam. sed gratia ꝛ virtus sunt hmõi. q; gratia est in actu conti
nuo. ꝛ tinuo em̃ viuificat ꝛ aiam deo reddit acceptam virtus
vo nõ est continue in ipso actu. ergo ꝛc. ¶ Itẽ quecunq; sic se
habẽt q̃ habẽt diuersas differẽtias diuidentes. illa differunt
per essentiam sed gratia diuidit̃ per preuenientẽ ꝛ subsequen
tem virtus vero per cardinalem ꝛ theologicam. ergo. ꝛc.
¶ Itẽ quecũq; sic se habent q̃ vnũ remanet reliquo recedẽte
illa sunt p essentiã diuersa. sed virtus aliquo mõ remanet post
perpetrationem culpe. gratia vero gratũ faciens nullo mõ er
go. ꝛc. ¶ Itẽ quecũq; duo sic se habent q̃ vnum remanet indi
uisum. reliquũ vero diuiditur ꝛ multiplicatur. illa essentialr
differunt. sed gña in vna aia est vna sicut ostẽsum est supra. vir
tutes vero multe. sicut ostendit̃ infra ꝛ apostolus dr̃. j. Lozi.
xiij. Nunc aũt manent fides spes et charitas. tria hec. ꝛc. ne/
cesse est igit̃ gñam et virtutes gratuitas differre p essentiam. 18
¶ Respon. ad predictorum intelligentiam est notandũ q̃ cir/
ca hoc diuersi diuersimode senserunt. ¶ Quidã em̃ dicere vo
luerunt q̃ gratia nihil aliud est q̃ virtus. Intellexerunt enim
q̃ gña nõ est aliud q̃ quedã rectificatio potẽtiarũ aie respe/
ctu eius ad qõ sunt. Hãc aũt rectificationẽ q; supra naturam
est. nõ põt facere nisi deus. Et qñ talẽ rectitudinẽ faciendo ĩ
anima dat virtutes ipis potentijs. vt rationali fidẽ. cõcupisci
bili charitatem ꝛ irascibili spem. iõ dicunt gñam creatã nihil
aliud esse q̃ virtutem gratuitã. differre aũt sola rõne dicẽdi.
quia gratia dr̃ inquantum deus per illam rectitudinẽ aiam
acceptat et approbat. virtus vero inquantũ aia sic rectificata
dz exire in opera ardua et laudabilia. ¶ Alij vero dixerũt q̃
gña ꝛ virtus gratuita essentialiter differũt sicut principium ꝛ
principiatũ. ꝛ sicut substantia ꝛ virtus. Sicut ei potẽtia anie
nõ est ipsa aie essẽtia. sed potẽtia emanat ꝛ procedit ab illa. sic vir
tus q̃ perficit potẽtiã nõ est ipa gña q̃ perficit aie substãtiã. sed
potius aliquid egrediẽs ab ipa. vt sicut aia est quoddã totuz
potentiale. sic ꝛ gratia sit quoddã totũ potentiale. est em̃ vna
f̃m se inquãtũ respicit ipam aie substantiã. ẽ tũ origo plurium
inq̃tum influit in ipas potentias. Om̃ dicũt illas virtutes nõ
solummõ differre inq̃tũ sunt virtutes. sed ẽt inq̃tum gratuite.
vt sit alia gña spãlis a qua fides dr̃ gratuita. alia a q̃ spes
alia a q̃ charitas gratuita nũcupat̃. Quelibz aũt harũ positio/
nũ ꝛ si probabilitatẽ habeat nihilominus tñ si q̃s interi⁹ aspi
ciat videbit aliquo mõ vtramq; a veritatis tramite declinare
Nã pria q̃ dr̃ q̃ gña nihil aliud est q̃ virtutis habitus. necesse
dz dicere aut q̃ oẽs virtutes sint vna virtus. aut q̃ ĩ vno boie
sint multe gñe gratũ facientes. quorum vtrũq; est ipbabile. ꝛ
vnum est improbatum supra. ꝛ aliud est satis ipbabile. vide
dz q̃ oẽs virtutes sint vna virt⁹. ꝛ improbabitur suo loco. Ne/
cesse dz etiam dicere aut q̃ gratia gratũ faciens non totaliter
tollitur per culpam. aut q̃ post peccatum nihil remanet devir
tute aliqua. Et primum horum est contra communẽ doctorus
sententiam. secundum vero est contra sensibilem experientiã.
ideo modus iste dicẽdi nõ modicã dz calũniã. Alius etiã qve

ritate deuiare dr. Primo in eo qđ ponit q̄ gr̄a primo existat in
substātia. t postmodū influat in potētias. hoc em̄ improbatū
est supra. Scđo vo in eo qđ ponit invnor codē hoīe esse diuer
sas gr̄as gratūfacientes. t hoc̄pm supra improbatū est. Unus
em̄ est decor q̄ dat faciei aīe ex quo nō solu ipsa acceptat. imo
et habitus eius t opa. ¶ Et iō est tert⁹ modus dicēdi q̄ quē
admodum dico lumen t colorē illuminatū. dico aliā t aliā for
mā. ita vna sit ordinata ad aliā. t quodāmō altera cōpleatur ex
alterius presentia. Sic̄ intelligendū est de gr̄a t virtute gra
tuita. Quēadmodū em̄ color qualitas est corporis terminati
q̄ a p̄ficia luminis influxi venustat t complet vt possit mouere
visum. sic virtus que est habilitatio potētie. absq; gr̄e gratūfa
cientē informis est. sicut color sine lumine. sz ea aduenīente ex
qua tota aīa in se t suis potētijs decorat. formari t viuificari
dr habitus virtutū t effici deo accepti. Et quēadmodū ex lu
mine infuso t colore nō fit vnū p essentiā sed p ordinē. Et item
lumē inquātū illuminat aera p̄iunctū corpori terminato. t in
quātū colorē reddit luminosum. nō est aliud t aliud p essentiā
sed sola cōparatione differēs t p̄m esse. Et sicut vnū lumē di
uersos pōt colores ad actū reducere sine sui multiplicatione.
sic in influentia gr̄e t habitu virtutis intelligendū est esse. s. q̄
gratia superueniēs cū habitu virtutis quē informare dr non
facit vnū per essentiā. sed iō informat. q; ad finē suū ordinat.
Similiter gratia a qua anima dicitur esse deo grata et a qua
aliqua virtus dicitur esse gratuita non differt nisi sola com
parationē. sicut primū expositū est in lumine. Sic̄ vna est gr̄a
a qua oēs virtutes aīe dicunt esse gratuite. Cōcedendū ē igi
tur sicut rōnes plures ostēdunt q̄ habitus gratie gratūfaciē
19 tis. t virtutū habitus sunt diuersi. ¶ Ad illud ergo qđ primo
obr de mgr̄o q̄ dicit q̄ gratia est fides cū dilectione. dōm q̄ il
la p̄dicatio nō est p essentiā sed p quādā p̄comitātiā t signifi
20 cantiā. t aliquo mō posset reduci ad p̄dicationē p cām. ¶ Ad
illud qđ obr q̄ diffinitio gratie p̄uenit virtuti. dōm q̄ illa no
tificatio vel nō est p̄pria. vel si est p̄pria. nō eo mō p̄uenit vir
tuti quo dr de gratia. gratia enim est sicut donū primū. t excel
lentissimum inter dona creata. t sicut donū qđ cōplectitur to
tam bonitatem donantis. sic aūt intellecta hac notificatione
21 non competit virtuti. ¶ Ad illud qđ obr q̄ gratia cooperans
est virtus. dōm q̄ ille actus non assignat gratie p̄m se. sed p̄m
q̄ est ordinatiua virtutis. t sic dr li. ar. cooperari. Nec ex hoc
sequit q̄ idē sit qđ virtus. immo si sic argueret eēt p̄ns. sicut
si ita argueret. color mouet visum. t lux mouet visum. ergo co
lor nō differt a luce. Et p hoc pz rñsio ad sequēs. qm̄ viuificare
t acceptū reddere. t op⁹ meritorū facere. aliter cōpetit vir
tuti aliter gratie. Gratie em̄ cōpetit p̄mio. virtuti vo exp̄ñi. vz
22 q; ab influētia gratie formatur t ordinat. ¶ Ad illud qđ obr
q̄ si habitus sunt diuersi. vnus nō denominat alterū. dōm q̄
est denominatio p inherentiā. sicut albedo p albū denotat cor
pus. t denotatio p circūincessionē quandā in qua aliqua duo
sic se hr̄ q̄ vnū bz ordinare alterū p̄m q̄ dr voluntas deliber
rans. t iusticia p̄udēs. t p hūc modū virtus dr esse gratuita.
23 ¶ Ad illud qđ obr q̄ circūscripto oī habitu t c. dōm q̄ a chari
tate non pōt circūscribi gratia. q; semp notat charitas virtu
tē formatā. Si q̄s aūt vocaret charitatē habitū amoris quo
natus est hō diligere deū p̄pter se. t sup oīa sic t q̄uis mō nō
posset absq; gratia reperiri. pōt tn̄ intelligi sicut in adam t in
primo angelo ante lapsum fuit. vt supra di. iij. patuit. Et sic pa
tet q̄ gratia est aliud q̄ virtus. pz etiam q̄ est aliud q̄ poten
tiarum rectificatio. Nam in hoīe quantū ad statum innocētie
erat potentiarū rectitudo anteq̄ esset gratie gratūfacientis
influio. t hoc melius videbitur infra cum aget de necessitate
gratie p̄m statum innocentie.

Questio. iij.

L De gratia in cōparatione ad gloriā.

Et est qō. Utrum differat p essentiam
t q̄ sic vr̄. Gratia gratūfaciēs t si non sit fides. tn̄ nūq̄ est sine
fide. q; sine fide impossibile est placere deo. gloria aūt nullo
modo cōpatit secum fidē. ergo necesse est gratiā t gloriā p es
sentiam differre. ¶ Item gratia gratūfaciēs se bz ad glor. as
sicut via ad terminū. t sicut id qđ est ad finē. si igitur termin⁹
necessario distinguit a via t finis ab eo qđ est ad finē distin
ctione essentiali. pari rōne vr̄ q̄ gratia t gloria. ¶ Item sicut se
bz culpa ad supplicium. ita se bz gratia ad p̄miū. sed culpa
t pena eterna differunt essentialiter. ergo pari ratione gratia
t gloria. ¶ Item corruptibile t incorruptibile differūt per essen
tiam. sed gratia est corruptibilis t amissibilis. sicut supra os
tensum fuit. gloria vo oīno est incorruptibilis. ergo &c. ¶ Item qđ
est cognoscibile ab habente differt p essentiam ab eo qđ nō est
cognoscibile. sed gloria ab oi eo q̄ bz eam cognoscitur. nullus
enim est glorios⁹ qui nesciat se esse glorios⁹. gratia non er
go differt per essentiam a gloria. ¶ Sed contra. Sicut se bas
bet charitas vie ad charitatem patrie. sic se bz gratia ad glo
riam. sed charitas vie non differt per essentiam a charitate pa
trie. sicut enim dr. j. Cor. xiij. Charitas nūq̄ excidit. ergo pa
ri ratione gratia a gloria. ¶ Item xp̄s ab instanti sue conce
ptionis habuit gloriam. t habuit gratiā. sed gratia illa quam
habuit fuit ad cognoscendum t amandum deū. statim em̄ cum
ceptus fuit cognouit t amauit cognitione t dilectatione cō
prehensionis. igitur in ipso gratia nō differebat a gl̄ia. ¶ Item
pfectum t imperfectum non variāt rem p̄m essentiam. sed gra
tia dicit assimilationē aīe ad deum p̄m statum imperfectionis.
gloria vo p̄m statum pfectionis. ergo &c. ¶ Item aut gloria red
dit acceptum deo aut non. Si non. ergo nō tantum placet deo
gloria quātum gratia. ergo nec status patrie quantum status
vie. qđ est inconueniens. Si sic. ergo cum iste sit p̄pius actus
gratie. necesse est gloriam esse gratiam. ¶ Item qm̄ aliquis de
gratia transit ad gloriam. aut pdit gratiā aut nō. Si pdit gra
tiam. ergo vr̄ q̄ desinat esse gratus deo t q̄ gloria t gratia ba
beāt adinuicē repugnātiā. quo z vtrūq; falsum est. Si nō per
dit. cum gratia sit vita aīe. sicut ostēsum est supra. t in vna aīa
tm̄ sit vna vita. aut gloria nō erit vita. aut gratia t gloria erūt
idem p essentiam. sed p̄stat q̄ gloria est vita. ergo &c. ¶ Ques
tio est igitur qualr se habeat gratia ad gloriā. si em̄ sunt idē.
qualiter transeūt ab vna ad aliā. t quare sortiūtur diuersa no
mina. Si vo diuersa sunt. vt quid gloria appellat gratia. Un
de est etiam ista diuersitas. cum diuina gratia oi statui conue
niat. siue statui vie. siue statui p̄rie. vtroq; em̄ deus acceptat.
¶ Rñ. dōm q̄ tam gratia gratumfaciens q̄ gloria notat diui 14
nam influentiam per quam aīa bz deum t deus habitat in aīa
Habere aūt contingit dupliciter. Uel perfecte. t sic bz homo
deum in ratione quiescentis. Uel semiplene. t sic habet homo
deum in ratione tendentis. Primum. s. quies competit statui
patrie. scđm. s. tendentia competit statui vie. t ideo primū est
glorie. secundum est gratie. Et q; primum est p̄mij. scđm est
meriti. ideo gratie attribuitur actus merendi glorie vo actus
regnandi. Qm̄ igitur idem potest esse per essentiam magis p
fectum t minus perfectum. hinc est q̄ gratia t gloria p̄m q̄ di
stinguunt p̄m modum habendi deum differunt solum p̄m sta
tum. Et qm̄ nos habere deum non est aliud q̄ deum habitare
in nobis. ideo gratia t gloria non solummodo distinguuntur
p̄m modum habendi deum. sed etiā p̄m rationē habitandi deū
in nobis. Cum tn̄ dico deus habitare in hoīe. duo ex hoc dico
sc̄z diuinam dignationem qua hominem acceptat t sibi confe
derat. t per consequens humanā exaltationem. ex qua homo
ea que dei sunt excellenter participat. Et ideo illa influentia
per quā deus in nobis habitat dr esse gratia p̄m primā compa
rationem. videlz inquātum deus homini condescendit. t dici
tur esse gloria quātum ad secundā comparationem p̄m hoc vi
delz q̄ homo per illā in habitationem sublimatur. tad magna
conscendit p̄m istā consideratiōnem. t p̄m istum modum. gr̄a
t gloria non differunt nisi sola comparatione. Unde vita eter
na nominat gloria t nominat etiā gr̄a Ro. vj. Gratia aūt dei
vita eterna. Et sic pz rñsio ad qōnē p̄opositā. Concedendum
est enim q̄ gr̄a gratumfaciens t gloria non differunt per essen
tiam. sed si differunt aliquo modo. hoc est p̄m comparationē
aliā t aliā. t sic simul sunt in eodē sicut in btis t in x̄po. qui di
cunt hr̄e gr̄am t gloriā. vel pz statū aliū t aliū p̄m q̄ successiue
eidem insunt. q; primo in est gr̄a in statu vie. t postmodū inest
gloria in statu p̄rie. Primo em̄ gr̄a incboat. t postmodum cō 15
summat. ¶ Ad illud ergo qđ primo obijcitur in contrariū q̄
gratia simul est cum fide. dicendum q̄ hoc est rōne status. Fi
des enim que dicit enigmaticam visionem simul potest stare
cum gratia p̄m statum imperfectionis. nō aūt pōt stare cū gra
tia p̄m statum plenitudinis qui excludit oē qđ est ex parte.
Unde ex illa ratione non potest concludi q̄ gratia t gloria dif
ferāt per essentiam siue p̄m habitum sed solum p̄m statum.
¶ Ad illud qđ obr q̄ gr̄a se habet ad gloriam sicut via ad ter 16
minum

minū. Dōm q̄ boc dr̄ rōne stat⁹ t additiōis el⁹ qō glia supaddit gr̄e sicut pfectū addit impfecto. cū ip̄m pducit ad ꝓplemētū. t q̄tū ad statū bñ cōcedendū est. q̄ diuersitas esse pōt inter gr̄am t gl̄iam. ¶ Ad illud qō obiicit q̄ sicut se bz culpa ad supplicū ꝛc. Dōm q̄ nō est sile. qz culpa p̄ncipal⁹ inest ex parte aīe. supplicū vero aliq̄d ex pte corpis. gr̄a aūt t gl̄a insunt aīe ab eode. t fm idē t ad idē. vicz in cōparatōe ad deū. Posset tñ dici q̄ aliq̄ culpa pena est. sicut videbit infra. t ita aliq̄ pena. nō differt a culpa. t aliq̄ differt t est diuersa culpa. sic etiā in gl̄ia 27 Illa cui in qua ꝓsistit p̄miū substātiale. cadē est cū gr̄a. sz gl̄ia q̄ cōsistit in stola corpis. erit ab ea diuersa. ¶ Ad illud qō obr̄ q̄ corruptibile t incorruptibile variāt essentiā. Dōm q̄ illud nō bz locū. nisi vbi corruptibilitas t incorruptibilitas venit ex natura p̄ncipioꝝ cōponentiū. boc aūt nō est in ꝓposito. qz imutabilitas glorie venit desursum corruptibilitas gratie deorsum. 28 vz a li. ar. vertibilitate. ¶ Ad illud qō obr̄ de cognoscibilitate Dōm q̄ illud nō ꝓcludit dr̄iam fm essentiā. sola cui dr̄ia fm statū pōt facere. vt videat qōp⁹ videri nō poterat. sicut aliq̄s nō cognoscit affectionē suā. qñ nō est intēsa sed qñ postmodū intēditur. tunc de facili deprehendit t cognoscitur. Itē color in tenebris non est visibilis. t in lumine est visibilis. t tñ color non differt essentialiter. sic nec diuersitas modi cognoscendi respectu gr̄e t glorie habet eas diuersificare essentialiter. Et sic pz responsio ad omnia quesita.

Consequēter querit de gratia in cōparatōe ad meriti exercitū. Et circa boc tria querūtur. Primo queritur vtrū per gratiā ꝓtingat mereri ipsum gratie donum. Scōo queritur vtrū p gratiā ꝓtingat mereri ip̄m gr̄e augmentū. Tertio q̄rit. vtrū p gr̄am contingat mereri ipsius gratie ꝓplementū. vz glorie premium.

Questio. i. Utrū p gr̄az ꝓtingat mereri ip̄m gr̄e donū ia habitū. Et q̄ sic vr̄. primo p sile in corpib⁹. Bon⁹ cui miles t strenue militādo merek equū a dño suo sibi gratis datū p vsum ipsi⁹ equi. g̃ si tāte est efficacie vsus rei spūalis in merēdo rē spūalē. sicut rei corpalis in merēdo rē corpalē. vr̄ q̄ p gratie bonū vsum. mereak q̄s donū gratie iam acceptū. ¶ Itē qō pōt in maius pōt in min⁹. sed p vsum gr̄e cōtingit mereri gloriā habendā. ergo multofortius cōtingit mereri gr̄am iā habitā. ¶ Itē vnusquisq; magis est efficax ad merendū sibi. q̄ alij. sed viri iusti in quibus est gratia orando merentur alijs primā gr̄am. sicut dicit Aug. de p̄destinatōe sctōr ergo multofortius homo bñ vtendo do.no gr̄e. efficik dign⁹ habitu gr̄e quē accepit. Q⁹ aūt vnusquisq; magis sit efficax ad merendū sibi q̄ alij. probar̄ p illud qō dicit sup illud Matth̄. ix. Videns iesus fidē illoꝝ. ibi glo. Quantū valet vnicuiq; fides p pria. si tñ profuit aliena? quasi di. multoplus. ¶ Itē q̄tum pz deo petitio t oratio pro bñfido. tñ placet ei gr̄az actio pro iam habito. sed aliq̄s ex charitate orans. merek obtinere qō petit. si petit pie t pro se. pseueranter t ad salutē. ergo pari rōne q̄ gratias agit. t pie t pseueranter ex charitate. dignus efficitur. co qō iam accepit. ¶ Itē sicut se habet charitas ad amandū. sic se habet gr̄a ad merendū. sed p charitatez non solummō cōtingit amare alia. sed etiā ipsam charitatē. sicut vult Aug. t in primo lib. habitū est. ergo pari rōne p gr̄am cōtingit mereri ip̄m gr̄e donū. ¶ Itē tunc est pfectio in actib⁹ t habitibus aie qñ agēs reflectit sup seip̄m. tunc enī q̄s pfecte intelligit qñ intelligit se intelligere. ergo non videk esse pfectū meritū nisi q̄s mereatur etiā illud p qō meretur. ¶ Sed contra meritū t premium relatiue dicunt. sicut pater dicit relatiue ad filium. ergo sicut ides non pōt esse pater sui ipsius. sic vnū t idem non pōt esse meritū sui ipsius. ergo p gr̄am non contingit mereri ipsius gratie donum habitū. ¶ Itē meritū t premiū bñt ordinē. sicut via t terminus. t sicut dispositio respectu eius ad qō disponit. ergo necesse est q̄ meritū p̄cedat p̄miū. vel tpe vel natura. ergo impossibile est p gr̄am mereri ip̄m donū gr̄e. ¶ Itē gratuitū t debitū opponunt. sed quāto aliq̄d magis cadit sub merito. tāto magis habet rōnē debiti. si igit vsus gr̄e nō aufert ipi gr̄e esse donum gratuitū. imo potius addit. videk q̄ p ipsum vsum gratie nullo modo contingat mereri gr̄e donū. ¶ Itē q̄tū vnūquodq; placet deo tñ est meritoriū. sed vsus gratie non placet deo. nisi propter ipsam gr̄am. ergo non plus meretur vsus gr̄e cum gratia. q̄ gratia p seipsam. sed donū gr̄e eoipso q̄ habek nō meretur se. g̃ pari rōne nec vsu gr̄e contingit mereri iam habitum gr̄e donum. ¶ Rñ. Dōm q̄ vsus gratie consequentē non cōtingit mereri per habitum gratie precedentem. nec q̄tum ad meritum congrui nec q̄tum ad meritum cōdigni. Quatuz ad meritum congrui non pro eo q̄ vsus gratie ad ipsum habitum nō cōparatur. sicuz meritū ad premiū. Tum qz nō ordinak ad ip̄m habitū promerendū. sed ad aliud. Tum etiā. qz non habet ordinari ad illud. nisi sicut ad suū fundamentū. t originē. Meritū aūt omne siue cōgrui. siue cōdigni ordinak ad premiuz tanq̄ q̄dam via t dispositio preambula multominus vero q̄tū ad meritum condigni p vsum gratie contingit mereri ip̄m donū gratie. qō est ipsius vsus principiū. Tum qz ipa gr̄a q̄tū est de sua prima rōne t primaria infusione. sic bz rōnez gratuiti. vt nullo mō cōpatiak rōnē debiti. Si enī esset ex meritis. iā nō esset gr̄a Tum etiā. qz si vsus gratie ipsam gratiaz mereret. q̄to magis ipsa bñ vteret. tantomin⁹ pro ipsa teneret esse deo grat⁹. q̄ si b repugnat pfectiōi meriti. planū est q̄ gr̄az nō cōtingit mereri. Nec merito condigni. qz tunc tolleret pfectio gratie. t pfectio meriti. nec merito cōgrui. qz nō saluak ibi ordo qui inter meritum t p̄miū bz attendi. Ad rōnes q̄ boc ostēdunt cōcedēde sunt ¶ Ad illud vero qō primo obiicit in ꝓiū de similitudine meriti in corpalibus. Dōm q̄ non est simile qz equus q̄tuz est de sui rōne non dicit rōnē gratuiti. ideo salua sua rōne pōt ꝺs eū iaz habitum mereri. Primū aūt gratie donū eoipso q̄ tale est. dicit q̄d simpl⁹ gratuitū. ideo q̄cq̄d dō faciat. nunq̄ illud merek non solū qz sit iaz habitū. sed qz gratuitū. Ad t si aliq̄ dixerunt q̄ contingat mereri gloriā iam habitā. sicut in angelis. nō credo tñ aliquos recte itelligētes sensisse. q̄ cōtingat mereri gr̄az iam habitā. ¶ Ad illud qō obiicit q̄ si aliq̄d pōt in maius pōt in minus. Dōm q̄ illud nō habet veritatē. nisi qñ aliq̄d ordinatur ad maius t ad minus consimili ordinatione. sic autem non est in proposito. Nam vsus gratie ordinatur ad merenduz gloriam. non ad merendum gratiā. pro eo q̄ ipsam presupponit tā q̄ fundamentum. ¶ Ad illud qō obiicitur. q̄ aliquis meretur alij primam gratiam. Dicendum q̄ non est simile. Primū quia gratia in viro iusto precessit gratiam infundendam viro peccatori. vsus enī gratie in eodem homine sequi habet ipsum donū gratuitum. Preterea cum quis meretur alij gratiam donū gratie non perdit ex boc rationem gratuiti. quoniam ratio gratuiti attenditur in habitu gratie in cōparatione ad eū cui datur. Quantumcunq; aūt vir iustus oret pro peccatore q̄ peccatori dek habit⁹ gratum faciens. nō potest esse sine gratuita liberalitate diuine misericordie. Et ideo non sequit. q̄ si vnus alij pōt mereri gratiam habendā. q̄ ipse possit sibi mereri gratiaz iam habitam. Quod aūt dicitur q̄ plus valet vnicuiq; fides ppria q̄ aliena. boc intelligitur respectu meriti proprie gratie. ¶ Ad illud qō obiicitur q̄ gratiarum actio ita est efficax pbabito. sicut oratio pro habendo. Dicendum q̄ t si gratiarū actio ita sit deo accepta pro p̄terito. sicut oratio pro futuro ex boc tñ nō sequit. q̄ gratiarum actio sit ordinata ad merendū iaz habitum. pro eo q̄ ipsa gratiarūactio t laus pro bñficijs acceptis. plus tenet rōnē p̄mij. q̄ rōnē meriti. Sed si tenet rōnē meriti ordinak ex diuina liberalitate poti⁹ ad donū promerēdū. q̄ ad promerendū iam habitū. ¶ Ad illud qō obiicit de cōparatōe charitatis ad amorem. t gratie ad meritum. Dōm q̄ non est simile. Meritum enī de sua ratione importat ordinē. t relationē amor vero importat actum potentie non alligate materie. t qz idem non habet ad se referri t ordinari. sed actus potentie nō alligate materie. habet supra se reflecti. binc est q̄ amorem contingit amari. sed meritum non contingit mereri. ¶ Et per boc patet responsio ad illud qō vltimo obiiciebatur. illud enī veritatem in eis actibus non habet. qui quidem important relationem t ordinem. t simul cum boc aliquam imperfectionē actus autem merēdi respectu actus glorioſi. imperfectionem aliquā dicit t ordinem t relationem. sicut prius ostensum est. t ideo illud non valet.

Questio. ii. Utrū p gratiam contingat mereri gratie augmentuz. Et q̄ sic videtur primo per Augustinū ad bonifacium. Gratia meretur augere. vt aucta mereatur perfici. ¶ Itē boc videk ratione. Omnis habēs gratiā habet vñ possit proficere in merito. sed profectus in merito. nō est nisi p augmentū gr̄e. ergo gr̄a sui ipsius augmētum

mereri potest. ¶ Itē peccans vno gñe peccati. meretur incidere in aliud genus peccati. vnde efficitur peior: sicut peccās peccato superbie meret incidere in petm̄ luxurie. ergo pari ratiōe qui bñ vtitur gr̄a p bonor opez exercitiū. vī mereri vt fiat sibi gr̄e augmentū. ¶ Itē laudabilior est qui se extendit ad opus pfectionis cum minori adiutorio q̄ qui se extēdit cū maiori. ergo si habens minorē gr̄am. se eleuat ad opera equalis pfectionis. cum eo qui habet maiorez. videtur q̄ tantundē vel amplī' apud deum mereri habeat. ergo si nulli fit retributio nisi p̄ꝫ q̄titatem gratie. vī q̄ talis mereatur augmentum in gratia.

¶ Itē qui petit pie ⁊ perseueranter pro se. ⁊ ad salutē. meretur exaudiri. sed qui gratie augmentū cōtinue hoc mō petit. ergo videt gratie augmentū mereri. ¶ Sed ℞. Meritū nō est respectu eius qō oino est impossibile. sed gr̄am cū sit forma simplex augeri est impossibile. ergo impossibile est mereri gr̄e augmentum. ¶ Itē meritū nō est respectu eius qō est in nobis. sed qō est ab alio. sed habens gr̄az per virtutem eius qō habet potest in maius bonum proficere. non solum cñ habet vnde possit stare sicut dicit Aug. sed etiam vnde possit proficere. Si igitur p fectus gratie consistit in eius augmēto. sicut profectus gratie est in eius potestate. ita videtur q̄ ⁊ augmentū gratie. ergo nō videtur ad hoc concurrere meritū. ¶ Itē nihil augetur nisi p rem eiusdem generis ⁊ nature. sed gr̄a que primo datur q̄tum est de natura sui. est ita gratuita q̄ nō cadit sub merito. sicut supra ostensum est. Et Aug. dicit. ilij. de tri. qō meritis redditur non est gr̄a. Si igitur non contingit mereri ipsum gratie donū non contingit mereri ipsius gratie augmentum. ¶ Itez deus remunerat opus ſm quantitatem radicis. ergo tñi meretur qs per opus gratuitum. quantū ex illa gratia ex qua exit opus. si igitur gratia augmentata excedit illam. videtur q̄ minor gratia p suum opus non possit mereri sup̄plus augmentū. ¶ Itez si aliquis meretur augmentū. tunc si deus non augeret ei gr̄az esset iniustus. ⁊ cum auget opus illud est remuneratū. ergo videtur q̄ opus illud non esset dignum ꝓmuneratione glorie. Si igitur hoc est falsum ⁊ impossibile. vt per augmentum gratie auferatur efficacia merendi gr̄am. impossibile est ponere q̄ augmentuz gratie mereri contingat. ¶ Rñ. Dōm q̄ sicut dicit
37 Augustinus absq̄ dubio tenendū est. q̄ gratia meretur augeri quis aūt sit modus augendi. ⁊ modus merēdi. difficile est assignare. Cum cñ multi sint modi agendi. quis eorum competat gratie. non est facile discernere. Contingit cñ aliquid augeri per impermixtionē cū cōtrario sicut dicitur q̄ albius est qō est nigro impermixtius. Contingit nihilominus aliquid augeri p pter hoc q̄ minori succedit maius. sicut dies augeri dicuntur. Contingit etiam aliquid augeri propter aggregationem multorū. sicut lumen augeť in aere ꝓpter multitudinē candelaruz ex quarū cōcursu fit aggregatio luminū. Cōtingit etiaz aliq̄d augeri p additionē sicut augeť corpus per alimentū. Cōtingit etiā aliq̄d augeri p magnificationē rei in seipsa. sicut augmentata fuit costa cūde ea facta fuit Eua. ⁊ sicut augmētati fuerūt quinq̄ panes. cum de eis quinq̄ milia hoīm pasti sunt. Cōtingit etiā sexto modo aliq̄d augeri p accessum ad suū summuz. sicut aliq̄d dicit magis pulchrū ⁊ magis luminosuz. qō magis accedit ad pfectionē pulchritudinis ⁊ lucis. Oīb' his sex modis dixerunt aliqui gr̄am augeri. Sed primi tres modi improbari p̄nt de facili. ⁊ in primo libro improbati sunt aliquo modo dis. xvij. cū agitur de charitatis augmēto. Eodē cñ modo taz charitas q̄ gratia bñt augeri. Tres aūt modi sequētes. sunt satis cōuenientes nec improbari de facili possunt. ¶ Primus tñ eorū famosior est pro eo q̄ magis consonat sanctor̄ autoritatibus q̄ videntur dicere in augmento gratie infundi nouā gr̄am. cū loquunť de diuersa sacramētor̄ efficacia. Qualiteraūt hic mod' valeat sustineri in primo lib. di. xvij. dictū fuit. Ultimus autez modus non est minus intelligibilis. q̄ alijs predictor̄. immo ſm hunc modū dicēdi obiectiones q̄ fiunt cōtra gratie augmētum. facilius declinari possunt. Quāuis cñ augmentū per appositionē videatur repugnare simplicibus. maxime tñ in spiritualibus quanto aliq̄d est simplicius. tanto fit virtute maius augmentū. tñ per accessum ad summū valde videtur eis consonum. ¶ Quocunq̄ autē dorum modorum triū sequentium dicatur. non est magna vis faciēda. sed pro certo habentes gr̄az dei in nobis augeri posse laborare debemus taliter q̄ in nobis augeatur per bona opera. Per illa cñ vt dicit Augustinus meretur augeri. vt aucta mereať pfici. Modum aūt merendi gratie augmentum. sic videre possumus. Contingit cñ aliq̄d mereri ex congruo. ⁊ contingit aliq̄d mereri ex condigno. Tunc est meritum ex condigno qū ratio meriti reperiť ibi pfecte ⁊ plene. ⁊ tunc est ibi quedā cōmensuratio ⁊ adequatio meriti ad p̄mium. Et qz hoc non pōt esse cū gratia augetur. hinc est q̄ non pōt quis mereri gratie augmentū merito condigni. si igiť contingit ipm augmentum gratie mereri. hoc est merito congrui. Meritum autem congrui dicit. in quo est aliqua dispositio cōgruitatis. respectu eius ad qō illa dispositio ordinatur. quae tñ deficit a ratione condignitatis. Et hoc pōt esse tripl'r. Aut cñ est congruitas sine dignitate. ⁊ sic peccator̄ p bona opera in genere facta extra charitatē. meretur de congruo primā gr̄az. ibi 39
est cñ quedā congruitas qz facit qō in se est. non est tñ cōdignitas. qz inimicus dei est. ⁊ indignus pane quo vescitur. Aut cñ est ibi dignitas cuz indignitate sicut est qñ vir iustus meretur peccatori primā gr̄am. Dignitas enim est ex parte viri iusti. q̄ est amicus dei. ⁊ dign' a deo exaudiri. sed indignitas est ex pte peccatoris. ⁊ ideo nō est ibi plena ratio meriti. Aut est ibi dignitas cū gradus inferioritate. ⁊ sic bñs gratiā minorē. mereť per bonum vsum puenire ad gratie cumulum. ⁊ hic modus merendi ⁊ si deficiat a merito cōdigni. ⁊ contineať sub merito cōgrui. maxime tñ inter ceteros modos predictos merendi accedit ad pfectionē meriti. ⁊ ideo quasi mediuz tenet inter meritū congrui ⁊ meritum condigni. Ex predictis igitur haberi potest qualiter gratia augetur. ⁊ etiam qualiter augeri meretur. Unde autoritates ⁊ rōnes ostēdentes q̄ gratia mereť augeri concedende sunt. ¶ Ad illud aūt qō obiciť in ℞ium. q̄ cum sit simplex non potest augeri. Dicendum q̄ gr̄a non est oino simplex. sed solum p priuationes partiū quantitatiuaz quantitatis. non aūt p priuationem partiū quantitatiuaruz quantitatis virtutis. ⁊ quantū ad tale genus partiū est ibi i augmentū. nō q̄tuz ad primū. Vel pōt dici ſm vltimū modū dicēdi. q̄ augmētum qō attendiť p accessum ad summū. nō ponit ꝓpositionem sed quandā maioris simplicitatis ⁊ vnitatis pfectionē. ⁊ ideo non repugnat gr̄e ratiōe simplicitatis essentie. ¶ Ad illud qō 41
obiciť q̄ profectus est in potestate gr̄e. dicendū q̄ quidā est profectus accidentalis. vtpote q̄ attenditur in feruoris intēlione. vel habit' radicatiōe. vel operū multiplicatione. ⁊ hic profectus est in potestate gratie. ⁊ ſm hunc profectum gratia non dicitur augeri proprie. qz non efficiť homo dignus maiori premio substātiali p illū. Alius vero est profect' qui respicit p̄miū substantiale. ſm qō dicit homo dignus maiori p̄mio. ⁊ hic non est in potestate gratie. sed in sola illius potestate. cui' est gr̄am infundere ⁊ ideo hunc gratia nō facere. sed mereri dicit. ⁊ penes hunc effectū attenditur gratie augmentū. ¶ Ad illud qō 42
obiciť q̄ augmentū gratie ēt eiusdem generis cū gratia primo data. dōm q̄ ⁊ si sit eiusdē nature q̄tum ad rōnem habit' differentia tñ est q̄tum ad statum. pro eo qō sup ponit gratie initiū Et qz eiusdem generis est cum gratia primo data. ideo non potest mereri merito condigni. sed merito congrui. Quia gratiaz presupponit maiori cōgruitate mereť quis gratie augmentum q̄ gr̄e initiū. sicut supra dictū fuit. ¶ Ad illud qō obiciť q̄ re 43
muneratio attendiť ſm q̄titatē radicis. rñdendū est. q̄ illud intelligitur in merito cōdigni. in merito aūt cōgrui locū non habet. Et per hunc etiam modum respondendū est ad illud qō vltimo opponitur.

Questo. iij Utrū cōtingat per gratiaz mereri ipsi' gratie complementum. hoc est ipsum p̄ ℞ mium glorie. ⁊ hoc q̄tum ad meritū condigni. qz de merito congrui non est dubium. Et q̄ sic videť. j. Tym. iiij. De reliquo reposita est mihi corona iusticie quā reddet mihi dñs i illa die iustus iudex. Si ergo qō reddiť ſm iusticiā meritis debeť. ⁊ respectu eius p̄cessit meritū. ergo si talis corona quā expectabat apls est glorie premium. vī q̄ illud contingat mereri p gr̄e donum. ¶ Itē Zacha. iiij. Adequabit gratiaz gr̄e. Et exponunt sancti ⁊ doctores. q̄ adequabit gr̄am patrie gr̄e vie. Et hoc expressius habetur Mat. vij. In qua mensura mensi fueritis. remetietur vobis. Si igitur vbi est adequatio meriti ⁊ premij. ibi contingit reperiri meritum condigni. videtur ꝛc ¶ Itez sicut se habet culpa ad penam. sic se habet gratia ad glorias. sed per culpam ex condigno meretur quis eternam damnationez. ergo per gratiam econtra. ex condigno meretur quis eternam beatitudinez

beatitudinem. Itē eque dignus est qui vincit aduersariuz bonore ⁊ gloria. sicut qui vincit est dignus ignominia. si ergo ille qui permittit se a dyabolo superari. dignus est eterno ipoperio vī ꝙ qui vincat ex ꝺdigno. mereat regnū supernū. ¶ Itē aut ꝑ seruitium qō dō facit deo merek aliq̄d. aut nibil. Si nibil. ꝯ stult⁹ est qui deo seruit. Si aliq̄d. cū premiū sit maioris dignitatis ꝯ meritū. ⁊ nibil sit excellenti⁹ gr̄a nisi gr̄ia. ⁊ ꝑ nibil pōt opus meritoriū sufficiēter remunerari. nisi ꝑ gr̄iam. ꝯ loquendo de merito ꝺdigni. ꝓtingit ꝑ gr̄am gr̄iam mereri. ¶ Sed ℨ. Rom. viij. Nō sunt ꝺdigne passiones buius tpis ad futurā gl̄iaz q̄ reuelabit in nobis. ꝯ ꝑ eas non ꝓtingit futurā gl̄iam mereri merito ꝺdigni. ¶ Itē Rom. vj. Stipendia pcti mors. gr̄a dei vita eterna. glo. Maluit dicere gr̄a dei vita eterna. vt intelligeremus deū ad vitā eternā ꝑ sua miseratōe nos ꝓducere, nō meritis nr̄is. ꝯ si nō ꝓducit nos nr̄is meritis. vī ⁊c. ¶ Itē videk ꝑ rōnem nullū seruitiū qō debek. dum reddit obligat eu⁹ cui fit in aliquo. Unde dns Luc. xvij. Quis vestrū habens seruu⁹ ⁊c. sed homo totū qō facit. ⁊ qō potest facere. totum debet deo. ergo videk ꝙ non obliget deum ad reddēdum sibi aliquid. ergo nibil meremur apud deū merito cōdigni. ¶ Itē nullū finitu⁹ qō gratis fit obligat eu⁹ cui fit in aliquo. sed opa facta ex gr̄a fiunt gratis. ꝯ non obligant eū cui fiunt ad retribuendū ex debito. sed solū de ꝺgruo. ergo idē qō prius. ¶ Itē vbi est meritū ex cōdigno ibi est ratio dati ⁊ accepti. sed deus nibil potest a nobis accipere q⁹ bonoꝝ nr̄oꝝ non indiget. ergo premium gratie qō est excellentissimum. non possumus ex condigno me
44 reri apud deū. ¶ Rñ. dōm ꝙ circa istā qōnē. aliqui doctores senserunt diuersimo de. Quidā em̄ dicere voluerunt. ꝙ q⁹ meritum condigni dicit quandā obligationē in retribuente. ⁊ quādam ꝓmensuratiōnē in seruitio ⁊ retributione. ⁊ deus non pōt alicui obligari. ⁊ premio gratie nibil aliud pōt cōmensurari. iō dixerunt ꝙ nullus pōt celestē gloriā mereri ex condigno. sed si meretur. boc est tm̄ ex cōgruo. Et ad istā suam positionē astruēdam. multis fulciuntur autoritatibus sacre scripture. ⁊ etiaz exposito⁹. qui boc sentire videnk. sed qm̄ in scriptura etiam sepe reperitur. ꝙ deus vnicuiq; retribuet ꝟm opa sua. ⁊ in parabola qua exprimitur meritum ⁊ retributio. xx. Matt. dicitur. Tolle qō tuum est ⁊c. ⁊ plura consimilia reperiuntur. ideo aliorum positio est. ꝙ gloriam non tm̄ contingit mereri merito congrui. tale em̄ meritu⁹ reperiri potest in gratia gratis data. sed etiā contingit mereri merito condigni. pro eo ꝙ gratie ⁊ gloie quedā est ꝓmensuratio. ⁊ in deo q̄dam cadit obligatio. non ex necessitate. sed sua mera benignitate. qua voluit promittere. ⁊ pactum firmare cum bis qui eum diligūt. ꝙ seipsum mercedez eis retribueret. sicut in abraam apparet. Si aūt velim⁹ cōsiderare q̄s istoꝝ duoꝝ modoꝝ dicēdi sit verior. inuenim⁹ ꝙ ꝟm diuersas cōparatiōes opis meritoꝝ. reperik in eo ⁊ meritū con
45 grui. ⁊ meritū ꝺdigni. Opus em̄ meritoriū ꝓparationez habet ad principiū a quo exit. ⁊ ad finē pro quo fit. ⁊ ad statū in quo fit. Si loquamur de ipso per comparationē ad principiū. sic opus ⁊ ortum habet a voluntate libera. ⁊ ortuz habet a gratia. Et in q̄tum ortum habet a voluntate libera. ē meritoriū merito congrui. sic enim quodammodo nostrum est. ⁊ quasi alterius generis est q̄ sit ipsum premium quod debet ei retribui. Inquantū autem ortū habet a gratia. sic cū gratia reddat bois acceptū deo. ⁊ sit q̄d diuinum. ⁊ ad boc sit ordinata vt ꝺducat ad deum opus illud est meritoriū merito cōdigni. Si aūt cōparem⁹ op⁹ meritoriū ad eū pro quo fit. boc potest esse dupliciter. Uel ad largitatem dispensantis. Uel ad veritatem pollicentis. Si cōparetur ad largitatez dispensantis. sic est meritoriū merito cōgrui. nam pro sue liberalitatis immensitate decet ipm̄ pro modico obsequio retribuere magnum premiuz. Si vero comparetur ad veritatem pollicentis. ex qua promisit ⁊ quodāmodo se voluntarie obligauit. ꝙ tanto operi tm̄ reddit premiuz. sic op⁹ illud meritoriuz est merito condigni. Si aūt tertio modo comparemus opus meritorium ad statum. boc pōt esse dupliciter. Aut quantum ad temporis oportunitatem. Aut quantū ad operis difficultatem. Si quantum ad temporis oportunitatem q⁹ nunc est tempus seminandi. sicut dicit apostolus. ⁊ q̄ facit operis meritoria semen proiecit in terram bonam. congruu⁹ est vt ex bac terra fructū magnum suscipiat. Et ideo recte deus ei q̄ in presenti dimittit modicum. promittit reddere centuplū. Si aūt consideretur opis arduitas. quia opus tale sic est in voluntate facientis vt sit supra vires. ⁊ bō eleuetur in faciendo ipsuz supra se. ⁊ bono proprio ꝑponat bonum eternū. Hinc est ꝙ tale genus operis eterna remuneratione est dignum. ⁊ sic per ipm̄ mereri contingit merito condigni. ꝓ igitur. ꝙ opus meritoriū consideratum in comparatione ad voluntatis libertatem. ⁊ dispensatoris liberalitatem. ⁊ temporis oportunitatem. est meritorium merito congrui. Cōparatum vero ad gratie dignitatez ꝑ ipsius pollicētis veritatē ⁊ ad sup̄plius difficultatē. est meritorium merito condigni. Et per boc solui possunt rōnes ⁊ auctoritates ad vtrāq; partem inducte pro eo ꝙ ꝟm diuersas vias procedunt. Nam rationes que probant. ꝙ per gratiam contingit mereri premium eternum merito condigni. procedunt ꝟm alterā istarum considerationuz. ¶ Illa tñ ratio que fit de simi 46
li comparatione culpe ad penam. ⁊ gratie ad gloriaz. nō cogit Tum q⁹ gloria multoplus excellit in bono. ꝙ pena in malo. Tū etiam. quia facilius est descendere. ꝙ ascendere. Rationes vero ad oppositum procedunt ꝟm aliam viam. vicz prout op⁹ habet comparari ad voluntatem nostram sic em̄ nō est de se sufficiens ad merendum. Nam omnes iusticie nostre sunt sicut pānus menstruate. Prout etiam habet cōparari ad liberalitatez diuinam que nulli potest obligari: sed quicq̄d facit ex mera liberalitate facit. Et boc modo cōcludūt verū. ꝙ non fit ibi meritum condigni. aliter em̄ rationes ille non cogerent. Nam qō 47
dicitur. ꝙ passiones buius tpis non sunt condigne ⁊c. boc verum est inquantū sunt tm̄ passiones. sunt tm̄ condigne inquantum fiunt ex charitate q̄ actiōibus ⁊ passionibus dat efficaciā ⁊ valorē. ¶ Ad illud qō obꝯitur ꝙ deus non perducit nos ad 48
gloriam nostris meritis. exponendū est. ꝙ boc intelligitur ꝟm ꝙ merita mere compantur ad voluntatem nostrā non ꝟm ꝙ habent ortum a gratia. ¶ Ad illud qō obꝯitk. ꝙ totum qō homo 49
facit. debet homo ipsi deo. Dicendum ꝙ ⁊ si opus illud sit debitum inquantum est creature. est tm̄ gratuitum inquantuz sit ex gratia ⁊ charitate. Et ideo sicut ratio debiti non tollit rationē gratuiti. sic etiam nec tollit rationem meriti. ¶ Et si obꝯitur. ꝙ nec opus gratuitum. nec debitum potest obligare deum. Di 50
cendum ꝙ ⁊ si non possit deus nobis obligari in ratione dati ⁊ accepti. sicut etiam ostendit ratio vltima. obligari tamen dicitur quodammodo ex sua mera benignitate. qua voluit promittere seip̄m diligentibus se. Preterea. meritū condigni non necessario ponit obligationē in retribuente. sed ponit sufficientez ordinationē eius qui remuneratur ad ipsam remunerationem mediante aliqua laudabili operatione. gratia autē sufficientez ordinationē ponit in viatore ad obtinendaz gloriā. Tum ratione sue dignitatis. ex qua totum bois em̄ reddit deo ⁊ acceptuz ⁊ charum. Tum etiam ratione diuine pactionis. Tum ratiōe ardue operationis. sicut prius tactum est. Et sic pz responsio ad duas rationes sequentes. Nam qō obꝯitk ꝙ gratis fit nō obligat. Dōm esto ꝙ non obliget. propter boc tamen non tollitur a merito. quin possit esse condignuz. Preterea ⁊ si non obliget eū 51
cuius est retribuere ⁊ remunerare seruitium sibi factum pensata propria vtilitate. obligat tñ euz quodammodo qui retribuit pensata seruitutis fidelitate. Unde magis meretur apud deuz qui seruit ei ex amore filiali. ⁊ liberali. ꝯ q̄ seruit ex amore mercennario. expectās mercedem ⁊ retributionē. Si autē aliquis obꝯiat. ꝙ non potest ibi esse meritum condigni. q⁹ non est ibi commensuratio. Dicendum ꝙ ⁊ si non sit commensuratio ibi ꝑ oīmodam equalitatem. est tamen cōmensuratio per quandam conuenientē vel consequentem proportionabilitatez. sicut fructus recte dicitur commensurari semini quando tm̄ excedit sicut conueniebat fecunditati seminis ⁊ terre germinanti. Unde sicut aliquis non esset contentus si de semine non reciperet decuplū. sic nullus possit esse cōtentus ex operibus meritoriis factis nisi pro eis reciperet premiū perfectum qō complet ⁊ terminat totum desiderium.

Distinctio.xxviij. De potestate liberi arbitrij +hominis lapsi quam habet gratia circunscripta.

Ad vero inconcusse ⁊ ineūctāter ⁊c Supra determinauit magister quantum potest li. arb. cum gratia In hac vero parte determinat quantum potest li. ar. sine gratia. Et dividitur hec pars in duas. In pria determinat de potestate li. ar. bois lapsi. quā habet gratia circūscripta. Scōo vero determinat lib. ar. primi

hominis.vtrū gratia operante ⁊ cooperante eguerit.infra di. xxix. Post hec considerandū est.vtrū ⁊c. Diuidit autem pars ista in tres partes. In prima q; pelagiani errabant circa potestatem li.ar.ponit illius hereſis improbationē. In secunda vero rñdet ad pelagianorum argumentationes ibi. Quod vero dicunt sine gratia ⁊c. In tertia vero subiūgit carbo lice veritatis expressiones ibi. Id ergo de gratia ⁊ libe. arbi. indubitanter teneamus ⁊c. Media pars diuiditur i tres partes ſm tria media.a quibus sumūtur tres rationes quibus magister respondet. Primo enim respōdet ad illud quod pelagi⁹ dicebat nullus esse culpandum.si non vitat vl' non facit illud qō est sibi impossibile. Ex quo sumuntur due rationes ad quas magister respondet duabus. Secūdo vero respondet ad illud qō pelagius dicebat. q̄ nihil ē ⁊az in nostra potestate q̄ ipsa voluntas. quod etiam ab ipso Augustino pelagi⁹ assumpserat. ibi. Alibi etiaz Augustinus dicit q̄ huic gratie ⁊c. Tertio ꝯo respōdet ad illud quod pelagi⁹ dicebat. Quod credimus nostrum est'. quod autem bonum operamur illi⁹ est ⁊c. Quod etiam extrataz rat de verbis Aug. ex duobus locis.⁊ ideo magister respondet in duobus cap. Et icipit illa pars ibi. In expositione quoq; quarūdam propositionum ⁊c.

Distin. xxviij.

Que sit hō ſis pelagiano rū hō gra ⁊ li.ar.

a ¶ Denicq; pelagius a fratribus ⁊c. Redarguit magister verbum pelagij dicētis.q̄ gratiam libe. arbi. in fideli calliditate suppone bat ⁊c. Contra. videtur q̄ verum dixerit pelagius Si enim gratia habit⁹ est ⁊ omnis habit⁹ reddit potentiam facilez videtur q̄ ad hoc detur gratia lib.arbi. vt facilius possit exire in bona opa. Si tu dicas q̄ in hoc non reprehendit eum.sed in hoc qō negabat q̄ nullum posse! arbi. libe. conferebat. videtur q̄ in hoc etiam verum dicebat.quoniam si solius potentie est posse.⁊ gratia non est potentia.ergo non dat nouū posse. ¶ Item nullus alius habitus aufert potētiam ei in quo est ergo videtur q̄ nec gratia.aut sit in gratia hoc est.'quero q̄ re magis in ipsa q̄ in alijs. ¶ Responſio. Dicendum q̄ quidaz est habitus qui ortum habet a potentia.sicut ille qui per assuefactionem acquiritur ab eo in quo est ⁊ de tali habitu verū est q̄ non dat nouam potentiam.sed priorem potentiam habilitat Est ⁊ alius habitus qui desursum descendit.⁊ non solum depēdet ab eo in quo.sed magis ab eo a quo .⁊ talis habitus habet potentiam nobilitare.⁊ potest etiam illud in quo est mouere ⁊ supra se eleuare ratione illius a quo procedit .⁊ talis habitus est ipsa gratia. Et quoniam pelagius non attribuebat plus habitui gratie.q̄ alijs habitibus.hinc est q̄ Augustinus ⁊ magister arguunt cum tanq̄ hereticum. Et per hoc patent ea que obiecta sunt.

¶ Ponit improbationē hereſis pelagiane q̄ circa ꝓtestatē li.ar. errabat.

a

D vero icōcusse ⁊ icōctāter teneam? libez arbi. sine gra p̄uenīēte ⁊ adiuua te nō sufficere ad salutē ⁊ iusticiā obtinēdā nec meritis p̄cedētib⁹ gram dei aduocari sicut pelagiana hereſis tradit. Nā vt ait aug. in.j.li. retractationū. Noui heretici pelagiani libez sic asserūt voluntatis ar. vt gre dei nō reliquāt locū quōq; merita nostra dari asserūt. Pelagiāni hereſis oiz recentissima a pelagio monacho ē exorta. Si dei gre q̄ p̄destinati sum⁹.⁊q̄ meruimus de ptāte tenebraz rū erui intātū inimici sunt. vt sine hac credāt hoiez posse facere oia diuina mādata. De a nicq; pelagi⁹ a frībus icrepatus q̄ nihil tribueret adiutorio gre dei ad ei⁹ mandata faciēda.nō eā li.ar. p̄pōebat. ſz infideli calliditate suppōebat dicēs ad hoc eā dari hoi bus. vt que facere p libez arbitriū iubent.facili⁹ possint iplere p gram. Dicēdovticz facili⁹ possint. voluit credi.⁊ u difficili⁹.tū posse hoies sine gra facere iussa diuina. Illā vero gram dei sine q̄ nihil boni possum⁹ facere.nō eē dicūt.nisi in li.ar.qō nullis suis p̄cedētib⁹ meritis ab illo accepit nostra natura.ipo ad b tm iuuāte nos suā p legē atq; doctrinā vt discamus que facere et que sperare debeam? Nō aūt ad hoc p donū spūs sancti.vt que didicerim? esse facienda faciam?. Ac per hoc diuinitus nobis dari sciētiā confitentur qua ignorantia pellitur charitatē aūt negant diuinitus dari q̄ pie viuitur. vt.s. sit donū dei scia que sine charitate inflat.⁊nō sit donuz dei ipa charitas q̄ vt scia nō inflet edificat. De struunt oratiōes quas fecit ecclesia siue pro infidelibus: ⁊ doctrine dei resistentib⁹ vt conuertātur ad deū. siue pro fidelib⁹ vt augeat eis fides ⁊ perseuerent in ea. Hec q̄ pe nō ab ipo accipe. ſz a seip b ſis hoies habere contendūt gratiā dei qua liberamur ab impietate dicentes ſm merita nostra dari paruulos etiā sine vllo peccati originalis vitio asserunt nasci.

¶ Respōdet ad pelagiaz nouz argumentationē qua dicunt nullū esse culpandum si non vitat vel facit illud quod est sibi impossibile ex quo sumuntur due rationes. quas magister improbat duobus responſis. b

¶ Nō dicūt sine gra hominē p libez arbitriū oia iussa iplere. hmōi iductiōibus c munisūt. Si inquunt non pōt ea facere homo que iubētur

b ¶ Gratiam dei qua liberamur ab impietate dicentes ſm merita nostra dari. Videtur q̄ verum dixerit per illud quod dicit Hierony. de prodigo filio. nulla maior iusticia est q̄ ignoscere penitenti. ⁊ ad misericordiam reuertenti misericordie sinum aperire. Si ergo iusticia reti ibuit vnicuiq; ſm merita. videt q̄ homo reuertendo ad diuinam misericordiam.meretur sibi gratiam dei.

¶ Item nos videmus q̄ homo potest mereri gram hominis per obsequia sibi impensa. ergo pari ratione videtur ⁊ multo fortius q̄ mereri possit gratiā dei.

¶ Responſio. Dicendum q̄ gratiam primam non cōtingit mereri. Tum quia est fundamentum omnis meriti ⁊ principium. Tum etiam quia est donum pure gratuitum nisi ei⁹ quis habeat gratiam dei. nihil apud deum mereri potest merito condigni. quia sine illa nihil acceptat deus in operibus nostris. Rursus ipsa est ita donum gratuitum q̄ non redditur meritis. Sicut enim dicit apostol⁹ Romano. xj. Si gratia est ex meritis.iam gratia non est gratia. Ex hoc patet quantum pelagius aduersabatur diuine gratie qui dicebat aliquem eā posse mereri. Auferebat ei p̄ia nō ipsi gratie suam dignitatem ⁊ excellentiam. dum q̄ sine eam meritis lib. arbi. sup gra p̄ponebat. Auferebat etiam ar. recte suam efficaciam. dum poterat statem merendi alij q̄ gratie attribuebat.

¶ Ad illud verbuz Hieronymi dicendum .q̄ iusticia ibi dicitur diuine bonitatis condescentia non prout respicit meritorum exigentiaz. ¶ Ad illud quod obijcitur de gratia hominis. Dicendum q̄ non est similis. Tum quia acceptatio hominis non est ita mere gratuita sicut diuina. Tū etiā quia non est ita eque ponderatrix sicut illa.

¶ Si autem queratur. vtrum aliquis in statu gratie existens ſ possit sibi mereri primam gratiam post recidiuum. ⁊ hoc orando ⁊ petendo. vt si caderet deus illum releuaret. Dicendum q̄ non potest ex merito condigni. sed solum ex merito congrui. Nam meritum condigni implicat in se perseuerantiam. pro eo q̄ peccatum subsequēs mortificat. ⁊ in obliuionez ducit bona opera prius facta.

c ¶ Si inquirunt non potest ea facere homo que iubentur. non est ei imputandum ad mortez. Videtur q̄ verum dicat pelagius. 'q̄uis magister contradicat. Nam Hieronymus dixit anathema sit que dicit deum precepisse impossibile. ergo si p̄cepit homini habenti liberum arbitrium . videtur q̄ pelagius verum dicat. ¶ Item Augustinus in quodam sermone seruum pigrum non damnaret . si ea que fieri non poterat imperaret.ergo redit idem quod prius queritur.ergo p quāsto verbum illud habeat veritatem.q̄ nullus peccat in eo quod non potest facere vel vitare,

Rñ. dōm

6 ℂRñ. Dicendum ꝙ posse quid facere vel vitare dupliciter alicui potest, attribui. Uno mō dicit aliquis aliq̄d posse. qz p scipm sine alicui⁹ alieno suffragio pōt illud sicut aliquis potest comedere qñ est sanus ⁊ habet cibū. Alio modo dicit aliquis aliquid posse. non soluz qz potest illud p se. ⁊ in se. sed qz potest cuz alio qō sibi presto est. ⁊ hoc modo accipiendo posse. omne quod deus precipit in nostra potestate est. quia ipe qui precipit. presto est prebere gratiā adiuuantez p quaz possumus perficere. Alio modo accipiēdo posse. non oē quod precipit est in nostra potestate. non tñ ex hoc excusatur aliquis. sicut si preciperet dñs seruo ꝙ daret sibi ad bibendum. ⁊ ipse non haberet aquā. si posset eaz acquirere non excusaretur. sic ⁊ in proposito intelligendū est Primo modo accipiendo posse siue aliquis possit in se. siue per diminuz auxiliū intelligit Augustī. ⁊ hoc insinuat eius verbuz. Nunquid quis peccat in eo qō nullo modo cuitare potest Et sic itellexit etiaz Hieronymus. cuz dixit illuz esse anathema. qui dicit deum precepisse impossibile. Pelagius autez accepit primo modo. ⁊ ideo errauit. ⁊ pl⁹ attribuit libe. arbi. ꝙ possit. Aliter etiā consuecuit responderi ꝙ predicta verba intelligantur de impotentia naturali. non de illa ipotentia in quā ex culpa sua homo seipsuz intrusit. sicut ponit Anselm. exemplū de seruo qui debuit ire ad nundinas. ⁊ precipitauit seipsuz i foueā. primus modus exponendi. errorē pelagij magis excludit.

d ℂNihil taz est in potestate nostra ꝙ ipsa voluntas. Hoc videt esse falsum per experientiā. Facilius em̄ est hoi ieiunare. ⁊ magnos labores sustinere ꝙ inimicū diligere suū. facilius est etiaz oia bona sua dispergere ꝙ volūtatē suā subiugare. ℂItē si hoc verū esset. ergo videtur ꝙ cū bonitas hominis consistat in voluntate. ꝙ homo posset se facere talem qualem vellet. ℂRespōdeo. adh̄ dici potest. ꝙ illud intelligitur de auxilio gratie dei.

7 p eo ꝙ bona volūtas quā nō est ei iputandū ad mortē. Sicut tuipse Aug. i li. de li. ar. asseris. Quis iḡs peccat in eo qō nullo mō caueri pōt peccaū aūt. caueri ergo pōt. Hoc testimonio aug. pelagius vsus est disputās aduersus eū imo aduersus gratam. sicut Aug. in li. retracta. illō ⁊ alia huiusmodi retractans memorat ingens. In his at ꝙ hmōi verbis meis qz gra dei memorata nō est. ō quatīc nō agebaū putāt pelagiani suā nos tenuisse sniaz. sed frustra hoc putāt. Volūtas ḡppe ē qua peccaū ⁊ recte viuiū. qō his verbis egim⁹. si ipsa nisi dei gra liberet. ⁊ vicia supet ⁊ adiuuet. recte a mortalib⁹ viui nō pōt. Ecce apte determinat ex q̄ sensu illa dixerit inimicos gratie refellens. ℂSimiliter ⁊ inmi tebatur pelagius verbis augu. cōtra gratiā qui in lib. de duab⁹ animab⁹ dicit. Peccati inquit reum tenere quēq̄ qz nō fecit qō facere nō potuit. summe iniquitatis ⁊ insanie est. His auditis exilijt pelagi⁹ dicēs. Cur ergo paruuli ⁊ illi q̄ nō habēt gratiaz sine q̄ non possunt facere mādata diuina rei tenentur.

ℂHoc aūt qua occasiōe dixerit in lib. retractationū pelagio rñdēs aperit. Id em̄ manicheos dixit qui in hoie duas naturas esse cōtendunt. Unā bonā ex deo alterā malā ex gēte tenebraz. q̄ nunq̄ bona fuit. nec bonū velle pōt qō si esset nō videret ei iputā dū esse si nō bonū faceret.

☞ Rñdet ad illud qō pelagius dicebat. Qō nihil est tam in nostra potestate q̄ voluntas. ac si diceret bonū vel malū operari in nostra volūtate est sine gratia dei.

c ℂAlibi etiam Augu. dicit ꝙ huic gratie cōtradicere videtur qua iustificamur. Ait in li. contra adamantium manichei discipulum. Nisi quisq̄ voluntatem suam mutauerit. bonum operari nō potest qō i nostra potestate esse positum dñs docet vbi ait. Aut facite arborem bonam ⁊ fructum eiꝰ bonos ⁊c. Qō Aug. in retractationibus non esse contra gratiā dei quā pdicamus oñdit. In potestate ḡp pe hominis est mutare in melius volunt. Item. sed ea potestas nulla est nisi a deo detur de quo dictū est. Dedit eis potestatē filios dei fieri. ℂCū em̄ hoc fit in ptāte quod cum volum⁹ facimus nihil taz est d in ptāte nostra q̄ ipsa voluntas. sed preparat a dño volūtas. eo ergo mō dat ptātem.

ℂSic ēt intelligēdū est qō in eodē ait. s. in nra ptāte esse vel inseri bonitate dei vel excidi ei⁹ seueritate mereamur Qz in ptāte nostra nō est nisi qō nostrā sequi voluntatē q̄ cū preparat a dño facile fit op⁹ pietatis etiā illud qō impossibile ⁊ difficile fuit.

☞ Rñdet ad illud quod pelagi⁹ dicebat. Quod credim⁹ nostrum est. qō aute bonū opamur illi⁹ est ⁊c. qō traxit ex duob⁹ locis ab aug. ad quod magister duo ponit responsa.

d ℂIn expositiōe quoq̄ quarundam propositionum epistole ad Rom̄. quedam Augustī. interserit que videntur huic doctrine gratie aduersari. Ait em̄. Qō credimus nostrum est. qō autem bonuz operamur illius est qui credentibus dat spiritūsanctuz Et paulopost. Nostrum est credere ⁊ velle. illius aūt dare credentibus ⁊ volentibus facultatem bene operandi et spiritumsanctum. Que qualiter intelligi debeant. Aug. in li. retractationum aperit dicens. Verum est quidez a deo esse qō operamur bonū. sed eadem regula vtriusq̄ est ⁊ volendi. scilicet ⁊ faciendi. ⁊ vtrumq̄ ipsius est. qz ipse preparat voluntatem ⁊ vtrūq̄ nostrum est. quia nō fit nisi volentibus nobis. Illa ita q̄ profecto. non dixissem si iam scirem etiam ipsam fidē iter spiritussancti munera reperiri. ℂIllud etiam diligēter est inspiciēdū quod aug. in libro sententiaruz prosperi ait. s. qz posse habere fidē tum ad actum volendi. nō recipit impedimentum. si habeat auxilium gratie. sz quantum ad opus exteri⁹ impedimentū recipit. Unde omnia bōa possum⁹ velle. non tamen omnia facere. Et sic videtur Augustī. intelligere. includendo auxilium gratie. non excludēdo. sicut excludebat pelagius. Job. j.

8 ℂAliter potest responderi. ꝙ velle in nobis dupliciter accipitur. Uno modo vt nominat actum potentie affectiue. vt est q̄ dam potentia naturalis. Alio modo vt nominat actum liberi arbitrij. Primo modo velle aliq̄d idez est quod affici circa illud Alio modo velle. idem est ꝙ eligere. Unde sm̄ hos duos actus. distinguitur in nobis voluntas appetitus. ⁊ voluntas eligentie non quia sint in nobis iste due voluntates essentialiter differentes. sed qz modus volendi est aliter ⁊ aliter. Dico igitur ꝙ verbum Augustī. non intelligitur de voluntate appetitus. q̄ aliquando adeo adheret alicui rei vt vir vel nunq̄ possit ab ea separari. sed h̄ intelligitur de voluntate eligentie. qua aliquis vult se velle quod vult vel nolle. ⁊ hoc semper in nostra potestate est non tamen sequitur ex hoc. ꝙ iustitia sit in nostra voluntate. quia non est efficax nisi inq̄tuz preualet voluntati appetitus ⁊ illi non preualet nisi per gratiam. Unde multi sunt peccatores. qui vellent esse iusti. ⁊ vellent ꝙ nunq̄ affectarent mala nihilominus. tamen in sua remanent iniustitia. quia non adiuuantur a gratia diuina. Prīa rō in nostra voluntate. quia pelagij.

Rñ. ad primam rationē

AD intelligentiam huius p tis incidit hic questio de potestate lib. ar. circunscripta gratia. Circa hoc quer̄tur duo. Primo queritur ꝙtum possit libe. arbi. absq̄ gratia gratum faciente. Secūdo vero queritur. ꝙtuz possit per se absq̄ gra gratisdata. Circa primū querunt. tria. Primo queritur vtrū libe. arbi. sine gratia gratūfaciēte possit a culpa resurgere. Scōo vtruz possit absq̄ gra gratū faciēte aduersariū vincere. Tertio q̄

Scōa rō pelagij.

ritur. vtrum possit dei mandata implere.

Questio. Utrū liberū arbitriū absq; gra gratūfa-
ciēte possit a culpa resurgere? Et q̄ non videtur primo per illud qđ dicit Rom. iij. Justificati gratiop
Rñ. ad scđaz ra tionē. gram ipsius. Et pauloante. Ex operib⁹ legis nō iustificab oīs caro. Et expressius ad Ty tum. iij. Nō ex operib⁹ iu-
stitie q̄ fecim⁹ nos. sed fm suā misericordiā ꝛc. igitur gra gratūfaciente circunscripta. nō pōt libe. ar. p se resurgere a culpa. ¶ Item gal. ij. Nō abijcio graz dei si cīa p legez iusticia. ergo xp̄s gratis mortu⁹ est. si ergo virtute li. ar. posset bō ad iustitiā redire. videf q̄ xp̄s frustra mortuus esset q̄ si hoc est impiuz dicere. pz ꝛc. ¶ Item nemo petit ab alio qđ habet in sua potestate. sed vir scrūs petit ipō. Sana aiaz meā. q: peccaui tibi. Docet etiam nos ipse saluator petere in oratione dñica. Et dimitte nobis debita nostra. ergo ꝛc. ¶ Itē hoc ostendit ratiōe quā facit Bern. Cū aliqs de impio fit pius. de malo fit bonus. ꝛ cū de malo fit bonus meliorat. nullus tñ babz posse sup se. ergo nullus pōt seipm meliorare p pria virtute. ergo nec absq; gra dei a culpa resurgere. ¶ Itē oī pctō offendit deus q̄ est ipa iusticia ꝛ oē pctm̄ fit cōtra mādatū dei sed tanta est offensa. quantus est ille q̄ offendit. Cuz igit ipse sit infinitus. offensa bz aliquo mō rōnē infiniti. si igit li. ar. potētie finite est: impossibile est q̄ i pristinū statuz redeat. nisi reducat p diuinā miam. q̄ sua gratuita bonitate ꝺdonet culpā. siue remittat offensaz. boc autē nō fit sine gra. ergo ꝛc. ¶ Itez pctm̄ est priuatio vite spūalis. ꝛ priuatio lucis. sz vita spūalis nō pōt redire ad aiaz. nisi a fonte vite. nec lux nisi a fonte lucis. ergo impossibile est q̄ anima resurgat a culpa. nisi deus q̄ est fons vite ꝛ lux perennis. sua benignitate eam viuificet ꝛ illuminet. boc aūt non est nisi per donuz gratie. ergo ꝛc. ¶ Sed contra. Dam̄. Peccatū est ab eo quod est fm naturā in id quod est preter naturā aduersio. sed facilius est vnicuiq; rei moueri fm naturā q̄ preter naturā. ergo si lib. arb. virtute propria peccando potest moueri preter naturā. virtute propria redire poterit ad naturam. ergo sicut potuit cadere. ita ꝛ resurgere.

¶ Itē maior est virtus lib. arb. q̄ nature. sed natura cuz infirmatur sanari potest absq; auxilio medicine. ergo multofortius cū it. ar. infirmatur per culpā. sanari potest absq; omni gratia.

¶ Itē absq; gratia gratūfaciente de ignorante potest fieri homo sciens. non solum in his que subsunt nature. sed etiaz in his que sunt supra naturā. ergo pari ratione absq; gratia gratū faciente poterit homo fieri iustus de peccatore. ¶ Itez peccator in mortali peccato existens. potest desiderare ꝛ velle iusticiaz. sed nihil aliud est esse iust⁹. q̄ velle iusticā. q: iusticia est rectitudo voluntatis. tunc cīa voluntas recta est cū vult iusticiam ergo peccator in mortali peccato absq; gratia gratūfaciēte iu-

sticari potest. ¶ Itē per eandez vim per quam quis movetur ad aliquid quiescit ibidē. ergo si aliquis no movetur ad culpā nisi voluntate. non quiescit ibi nisi per voluntatez. ꝛ q̄diu vult ergo si non vult in culpa perstere absq; gratia gratūfaciente videtur q̄ possit a culpa resurgere. Si tu dicas q̄ nō pōt velle Contra potestates rationalis sunt ad oppositā. sicut dicit pōs ꝛ volūtas q̄diu est in via vertibilis est. ergo sicut volūtate potuit culpā appetere. sic pōt volūtate a culpa resurgere. ¶ Itē inter culpam ꝛ gratiā media est innocentia. sicut melius patebit infra. ergo cū possit ab aliquo haberi innocentia sine gratia sicut habita fuit ab Adā in primordio. ꝛ innocentia habita deleatur culpa. videtur q̄ sine gratia gratumfaciēte aliquis possit a culpa resurgere. ¶ Rñ. dōm q̄ in huius questionis determinatione aliter senserunt phi. aliter senserunt heretici. aliter senserūt tractatores catholici. Philosophi cīa ignorantes qualiter peccato offendatur diuina maiestas. ꝛ qualiter per ipsuz admiratur potentiarum abilitas. dixerunt q̄ homo per exercitationem iustus poterat effici. sicut per inordinationez a recta ratione factus erat iniustus. Tñ ꝛ pōs dicit q̄ prauus ad meliorez exercitatiōes deductus. aut multū proficiet. aut p̄fecte in ꝺriū habitū restituit. Heretici vero aliqō lumē fidei dūtes cognouerunt q̄ p pctm̄ offendit maiestas diuina. ꝛ quodāmodo dānificat voluntas vel li. ar. excecati tñ nō cōsideraverūt q̄ liter ex culpa natura infirmat. ꝛ ideo dixerūt q̄ a d boc q̄ lib. ar. a culpa resurgat. nō est sibi necessaria aliqua gra curans. sz sufficit sola gratuita dei mia. q̄ inclinat ad remittendū peccata nra p̄pter satisfactionē quā xp̄s sibi facere voluit. dū se in cruce pro nobis obtulit. Sz hec positio nō tm̄ a veritate deficit. sz etiā dum ꝺria implicat seipsam destruit. Dicit cīa ad boc q̄ li. arb. a culpa resurgat. necesse est q̄ deus sibi culpā remittat. tm̄ nō est necesse q̄ aliq̄d sibi retribuat. vel circa ipz faciat. Si cīa deus nō mutat. ꝛ iterū ipse iust⁹ iudex est vt nihil acceptet. nisi tm̄ quantū valet ad boc q̄ culpa remittat. ꝛ peccator deo reconciliet necesse est q̄ aliq̄d ipsi pctōr tribuat. p qō morbus pctī sanet. Catholici vero tractatores ꝛ luce fidei ꝛ auctoritate scripture cognouerunt. q̄ pctm̄ ꝛ dei est offensiuū. ꝛ quodāmō dānificatiuū. dum homo se transfert de seruitio dei ad seruitutē dyaboli. ꝛ etiā imaginis deformatiuū. ¶ Et ideo dixerunt. q̄ ad b q̄ li. ar. resurgat a culpa necessaria est gra. non solū fm q̄ gra dr gratuita volūtas dei. nec etiā fm q̄ dr liberalis passio xp̄i. sed etiā fm q̄ dicit habit⁹ animi. Gratuita cīa volūtas dei cōcurrit ad boc. q̄ fiat offense remissio. volūtate cīa nobis cōdonat offensaz. Liberalis aūt passio xp̄i cōcurrit ad boc q̄ fiat morbi curatio ꝛ gra vt fiat imaginis reformatio. ꝛ ideo ad boc q̄ hō resurgat a culpa. multū p̄ez modū necessaria est sibi gra Concedende sunt igit rōes oīdētes. q̄ homo absq; gratia gratumfaciente non pōt a culpa resurgere. ¶ Ad illud vero quod primo objcitur in contrariū. q̄ motus in id quod est fm naturam. facilior est q̄ ipse qui est in id qō est preter naturam. Dicēdum. q̄ illud verū est de illo motu q̄ est fm naturā itaq; subiacet potestati nature. ꝛ de illo etiam motu qui est preter naturā ita tñ q̄ non corrūpitur. nec diminuit ibi nature ptās. sicut est in motu lapidis sursum. Facilius cīa regredit deorsum q̄ ascēderit sursum. Tū q: moueri deorsum est in cuius ptāte. Tū etiaz q: p motum sursum nihil diminuebatur vel adimebatur de ei⁹ grauitate. Non sic autem est in propposito⁹. tuz quia moueri ad iusticiam est per virtutem supra naturam. tum etiam quia motus ad culpam diminuit habilitatē li. ar. Per peccatum cīa nō solum homo expoliatur gratuitis. sed etiam vulneratr in naturalibus. Et p boc patet responsio ad sequens qō objcitur de similitudine sanitatis nature ad sanitatē voluntatis. non cīa est simile. Nam sanitas corporalis est in potestate nature. sanitas spūalis vero est p aliquid quod est supra naturam. Cum autez aliquid infirmat corporaliter. non oīno nature perimitur virtus que est principium sanitatis. ꝛ ideo a tali infirmitate ad sanitatē naturaliter pōt fieri regressus. In pctō vero pditur ipa gratia dei ꝛ iusticia. p quaz erat spūalis sanitas. ꝛ pro tanto dicitur graue peccatum esse mortale. q: aufert homini principiuz vite. Et propterea sicut de mortuo non potest fieri vivus. nisi virtute mirabili ꝛ supra naturā. sic nec de pctōre pōt fieri iust⁹ naturaliter vel voluntarie. sed mirabiliter. ¶ Ad illud qō objcit de ignorāte. q̄ pōt fieri sciens sine gra gratūfaciēte. Dōm q̄ non est sic. ignorātia enim̄ ingtū hmōi potius dicit defectū pene q̄ culpe.

culpe. Ñ ignorans ſm ignorāſ nō diſplicet deo. peccās autez ſm ꝙ peccās diſplicet deo. ⁊ ideo culpe recte opponit gr̄a que reddit deo acceptū. ſicut ignorātia opponit ſcie. Et qm̄ oppoſitū expelli dz p ſuū oppoſitū. ideo nō ſequit ꝙ ſi ignorātia dz expelli ſine gr̄a. ꝙ ſit culpa. ¶ Ad illud qđ obiicitur. ꝙ peccatoꝛ manēs in mortali. pōt velle iuſticiā. Dōm ꝙ aliq̄d velle. eſt duplr. vel exiliter ⁊ ſemiplene. ſicut dr̄. vult ⁊ non vult piger. Vel plene ⁊ ſufficiēter. ſicut dicit apl's Phil'. ij. Deus operat in nobis velle ⁊ pficere. Primo modo pōt eſſe in peccatore. ⁊ talis voluntas non facit aliquem iuſtum. Scōo modo non pōt eſſe ſine gratia prꝛeueniente ⁊ adiuuante voluntatē. boc aūt ſecū domodo non poteſt voluntas iuſticie reddere animam iuſtam.

¶ Ad illud qđ obiicit. ꝙ p eandez vim p quam aliquid mouet quieſcit. Dōm. ꝙ verum eſt in eo motu qui ē ad aliqđ cōpleme tum. boc autem non oportet eſſe in motu corꝛuptionis ⁊ deſtructionis. Aliquis enī interficit p violentiaz. non tamen oportet ꝙ p illam eandez vim in morte pſiſtat. Et qꝛ peccatū corꝛuptio dicit. non oportet ꝙ quis pſiſtat in pctō ex ſolo actu volūtatis ſicut p actū voluntatis ſe in pctō prꝛecipitauit. ſicut ptz in eo q̄ ſe voluntarie interficit. vel voluntarie ſe dimergit. ¶ Ad illud qđ obiicit. ꝙ deus poſſit reſtituere innocētiam. ⁊ ita delere culpam abſq; gratia. Dōm ꝙ boc verū eſt. ſed largitas diuine miſericordie ſic decreuit auferre maluz p qđ homo diſplicet. vt ſi mul daretur bonum p qđ homo deo placeret. nec vnq̄ expellit culpā quin ſanctificet ipſam aiam. vt in ea habitet p gr̄am. Ñ nihil eſt medium ſm tempus inter iuſtū ⁊ impium. ex quo enīz homo naſcitur neceſſe eſt animā eius vel eſſe peruerſaz p culpā vel erectam per gratiam.

Queſto. ij. Utrū li. ar. abſq; gr̄a gratūfaciēte poſſit aduerſariū ſuū vincere. Et ꝙ ſic vr̄. Bene. iij. dictū eſt Layn. Subter te erit appetit' tuus. ⁊ tu dñaberis illius. Sed cōſtat ꝙ cayn iā erat in mortali pctō. ergo in ſtatu illo poterat dñari appetitui ſuo prꝛprio. ſed nullā victoriaz dz in nobis aduerſari' niſi p noſtrum appetitū. ſi igit abſq; gr̄a gratūfaciēte cayn ſupare poterat prꝛprium appetitū. vr̄ ꝙ poſſz etiā vincere aduerſariū. ¶ Itē Berñ. in li. de li. ar. Liberū ar. eſt potētiſſimū ſub deo. Et ibidē dicit ꝙ li. ar. ſui oīno defectū non patit quare potiſſime in ipſo eterne ⁊ incōmutabilis imago deitatis vr̄. Ñā ⁊ ſi habeat initiū. neſcit tñ occaſuz nec de iuſticia vel de gr̄a accipit augmentū. nec de pctī miſeria detrimētū. ergo ſi li. ar. adiutū gr̄a ⁊ iuſticia poſſit ſupare aduerſariuz pari rōe vr̄ ꝙ poſſit etiā p ſeipz. ¶ Itē ſpūs luxurie deiicit vl' vincit p continentiā. ⁊ ſpūs iracūdie p patientiā. ⁊ ſic de aliis. ſed continētia ⁊ patientia poſſunt haberi abſq; gr̄a gratūfaciē te p gr̄am gratis datā. ergo ꝛc. ¶ Item difficilius eſt vincere ſeipſum q̄ vincere dyabolum. ſicut enī habitum fuit. ⁊ magr̄ dicit ſupra diſt. xxj. Fortior eſt tentatio carnis q̄ tentatio boſtis ſed homo abſq; gr̄a gratūfaciēte poteſt ſeipſum vincere ⁊ mori exponere. ſicut pz in hereticis. ergo multofortius videtur ꝙ abſq; gratia gratumfaciente poſſit de dyabolo triumphare.

¶ Item aduerſarius noſter in quo nulla eſt gratia gratumfaciēs. frequēter poteſt nos deuincere ⁊ ſibi ſubiugare. ſi ergo nō eſt peiorꝛ cōditionis bō q̄ ſit dyabolus. videt ꝙ abſq; aliquo dono gr̄e poſſit quis aduerſariū ſuum vincere. ¶ Sed ꝛra. j. Coꝛ. xv. Deo gratias qui dedit nobis victoriam p Jeſum xp̄m do. no. Igitur ſine auxilio xp̄i nemo pōt de inimico habere victoriam. ſi ergo xp̄s auxiliatur nobis per gratiam ſuā per quā nos iuſtificat. videtur ꝛc. ¶ Itez Rom. vij. Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius. Et reſpondet. gr̄a dei p Jeſum xp̄m dñm nr̄m. ſi ergo nullus vincit aduerſarium niſi q̄ liberat a lege pcti ⁊ mortis. vr̄ ꝙ abſq; gr̄a dei per Jeſuz xp̄m q̄ quidē eſt gr̄a gratūfaciens nō poſſit aduerſariū vincere

¶ Itē ſup illud ps̄. Infirmati ſunt ꝛc. glo. non potētes reſiſtere vitijs pſc. Deo enī deſiſtēte ab auxilio. laborare pōt bō. ſed nō vincere. ergo vr̄ ꝙ abſq; auxilio gr̄e gratūfaciētis nō ptingat vincere tentationē. Qđ ſi tu dicas boc intelligendū eſſe de gratia gratis data. non gratumfaciente ſolū. Cōtra dicitur p aliā glo. ſup illud ps̄. Immiſſiones p angelos malos ꝛc. Dyabolus ptātē dz in pctōre. ſicut in peccore prꝛprio. ergo cū nō poſſit a pctō eruī niſi p gr̄az gratūfaciētē. nō pōt niſi p illā eruī a ptāte dyaboli. q̄ ſine illa nō pōt ipm deuincere. ¶ Itē vincēti debet coꝛona. ſm ꝙ dr̄ Apoc. ij. ⁊. iij. ſed nulli pugnāti cōtra aduerſarium debet coꝛona glorie. niſi ei q̄ dz gr̄am gratūfacientem. ergo nullus abſq; gr̄a pōt dyabolū deuincere. ¶ Itē q̄cq̄d dō facit ⁊ q̄cq̄d etiā caueat. ꝙdiu eſt ſine gr̄a gratūfaciente manet in culpa. ſicut prius oſtenſum eſt. ſed cū manet in culpa. ſeruus eſt dyaboli. ſeruus eſt etiā pcti ⁊ qui ſeruus eſt dyaboli. victus eſt a dyabolo. ſm ꝙ dr̄. ij. Pet. ij. igit abſq; gr̄a gratūfaciēte impoſſibile eſt de dyabolo triūpbare. ¶ Rñſio. Ad pdictoꝛ intelligētiā eſt notādū. ꝙ differt dicere aliquē reſiſtere dyabolo aduerſario. ⁊ aliquē dyabolū vincere aduerſariū. Plus enīz ipoꝛtat victoria. q̄ reſiſtētia. Reſiſtētia nāq; pſiſtit in boc. ꝙ q̄ nō conſentiat ſuggeſtiōi dyabolice. ſz victoria pſiſtit in aſſequendo oppoſitū eius qđ dyabol' intēdebat. Intēdebat aūt dyabol' boīez reddere inimicū deo. ⁊ facē dignū eterno ſupplicio. Tūc igit vincit homo aduerſariū. q̄ſi reſiſtit tentationi. vt efficiatur maioꝛ dei amicus. ⁊ mereatur regnum eternum. ¶ Et quoniam boc abſq; gr̄a gratūfaciēte eſſe non poteſt ideo. concedēdum eſt. ꝙ ⁊ ſi quis p gr̄am gratis datā poſſit dyabolo reſiſtere. vt ei non conſentiat ſuggerenti. tñ abſq; dono qđ reddat bominem acceptū deo. ipſum vincere non pōt vt contra eius intētionem prꝛficiat dignitate meriti. vel in merito cōdigni. Et cōcedende ſunt rōnes q̄ boc oſtēdunt. ¶ Ad illud vero qđ obiicit de eo qđ dictū eſt Layn. Subter te erit appetit' tuus ꝛc. Dōz ꝙ ⁊ ſi in ptāte eius eſſet appetitū refrenare vt in actū pcti non prꝛcederet. etiā abſq; gr̄a gratumfaciēte. nō tñ ex boc ſequit ꝙ poſſit aduerſariū deuincere. qꝛ ⁊ ſi ſine gr̄a boc faceret. eēt ibi reſiſtentia p quā vitaret penā. nō tñ eſſet ibi victoria p quā mereꝛ palmā. ¶ Ad illud qđ obr̄. ꝙ li. ar. dr̄ eſſe potētiſſimū ſub deo. ⁊ ꝙ nō augeꝛ nec minuit. Dōm ꝙ quēadmoduz fuit ſupra expoſitū. boc intelligit q̄tū ad prꝛiuationē coactiōis. nō q̄tum ad potentiā ſeruande rectitudinis. ¶ Ad illud qđ obr̄. ꝙ ſpūs luxurie vincit p continentiā. Dōm ꝙ ⁊ ſi p cōtinentiā q̄ eſt abſq; gr̄a gratūfaciente. poſſit qs reſiſtere ſpiritui luxurie. illa tñ reſiſtētia triūpb' dici nō pōt p eo ꝙ ex b̄ nullā aſſequit palmā

¶ Ad illud qđ obiicit. ꝙ pōt quis vincere ſeipm ſine gr̄a gratūfaciēte. Dōm ꝙ falſuz eſt. q̄uis enīz hereticꝰ qui exponit ſe mori videatur ſeipſum vincere. non tamē eſt ibi victoria. ſed deiectio. Superat enim ab erroꝛis improbitate. ⁊ cōſcientie puerſitate. ⁊ obſtinationis prꝛofunditate. ⁊ prꝛopter boc magis mereꝛ cōfuſionē ⁊ ignominiā ex illa mortis ꝓpeſſione q̄ gliaz. ¶ Ad illud qđ obiicit. ꝙ dyabol' pōt vincere boīez abſq; gr̄a. Dōm ꝙ victoria dyaboli cōſiſtit in ſubiugādo ſibi boīem p peccatū victoria vo bonis cōſiſtit in prꝛomerēdo illud qđ dyabolus amiſit ⁊ ideo ſicut facilius eſt peccare. q̄ in bono prꝛficere. ſic facilꝰ eſt dyabolum ſupare boīem. q̄ hominem aduerſarium vincere. Prꝛeterea dyabolus non vincit boīem. niſi volentem ⁊ conſentientem. dyabolus autem nunq̄ vincit volens ⁊ ideo non ſequitur. ꝙ ſi dyabolus poteſt reportare victoriaz de homine abſq; gratia. ꝙ ſimiliter poſſit eſſe econuerſo. immo non eſt ſimile ſicut oſtenſum eſt.

Queſtio. iij. Utrum abſq; gr̄a gratūfaciente li. ar. poſſit omnia mandata implere. Et ꝙ ſic videt. Deut. xxx. Mādatum qđ ego pcipio tibi bodie non eſt ſupra te. neq; procul poſitū ꝛc. Et poſt. Sz iuxta eſt ſermo valde in ore tuo. ⁊ in corde tuo vt facias illud. boc aūt nō eſſet ſi obſeruantia mādatoruz eſſet ſupra poſſe li. ar. ergo videt ꝙ abſq; gr̄a gratumfaciēte que eſt ſupra poſſe li. ar. cōtingat mādata dei ſeruari ⁊ impleri. ¶ Item boc videt autoritate noui teſta. Matth. xj. Jugus meum ſuaue eſt. ⁊ onus meū leue. boc aūt nō eſſet. ſi mādatū dei eſſet ſupra poſſe li. ar. q̄ ꝛc. ¶ Item boc videt rōne. Multo benignioꝛ eſt deus ſeruis ſuis q̄ ſit bō ſed bō pōt mādata boīs ſeruare abſq; gr̄a gratūfaciēte q̄ ſunt grauia ⁊ multa. ergo videt ꝙ multofortiꝰ poſſit ſeruare mādata diuina. ¶ Item in mandatis dei. aut prꝛecipiuntur ipſa genera operum. aut prꝛecipiuntur formata opera. Si prꝛecipiunt opera formata. ergo qui bonoꝛat patreꝛ naturali pietate. non faciens illud ex charitate. videtur illud mādatū omittere quo prꝛecipit. bonoꝛa pr̄em ⁊ matrē. ⁊ peccare mortaliter. qđ abſurdum eſt dicere. Si igit ipſa gr̄a operū ſunt in prꝛecepto. ⁊ boc conſtāt eſt ꝙ poſſumus facere abſq; gr̄a gratumfaciente videtur ꝙ diuina mādata abſq; dono gr̄e gratumfacientis contingat implere. ¶ Itez nihil difficilius eſt q̄ animā ſuā ponere p alio. Maioꝛem enī charitatē nemo dz ꝛc. ſicut dr̄ Job. xv. ſz abſq; gr̄a gratūfaciēte pōt q̄s mortē p alio ſubire. q̄ multofortiꝰ oia gr̄a alioꝝ mādatoꝝ. ¶ Ad oppoſitū arguit ſic. Jere. x.

dicitur. Scio dñe q̄ nō est bois via eius. neq̄ viri vt ambulet
t dirigat gressus suos. sed quicūq̄ implet diuina mādata dirigit gressus suos. ergo nō est in ptāte bois diuina mādata ipleꝛe. ¶ Itē Actuū. xv. Hoc est iugū qđ neq̄ nos neq̄ pfes nostri
poꝛ. po. sed p gr̄az do. no. Jesu xp̄i credimus saluari. Et loquitur ibidē de mādatis legis. ergo diuina mādata obseruare nō
contingit absq̄ diuina gr̄a. ¶ Item obseruatio mādatoꝛ dei facit dominē dei amicuz. Unde Job. xv. Uos amici mei estis si
se. sed nullus potest effici dei amicus absq̄ dono charitatis t
gr̄e gratum faciētis. ergo impossibile est absq̄ huiusmodi do
no mādata dei seruari. ¶ Itē obseruātia mādatoꝛum dei facit
dominē dignum vita eterna. Unde Mat. xix. Si vis ad vitam
ingredi serua mādata. sed nullus pōt vitā mereri eternā absq̄
dono gr̄e dei. vt dicit Roñ. vj. Gratia dei vita eterna. g̃ absq̄
illa nemo pōt diuina obseruare mādata. ¶ Itē sicut fundamē
tum legis veteris est timoꝛ. ita fundamentū euāgelij est amoꝛ.
sicut insinuat apl's Roñ. viij. t exp̄sse dicit Aug. ergo sicut mā
data legis veteris obseruari non poterāt absq̄ dei timoꝛe. sic
mādata euāgelica ipleri nō p̄nt absq̄ charitatis amoꝛe. sed do
nū amoꝛis nō est absq̄ dono gr̄e gratūfacientis. g̃ absq̄ hm̄oi
dono nō ꝓtingit diuina mādata ipleri. ¶ Rñ. dōm q̄ mādata
24 dei dupl'r cōtingit impleri. Uno mō q̄tū ad genus opis. Alio
mō q̄tum ad intentionē mādātis. Si loquamur de impletiōe
mādatoꝛū q̄tum ad genus opis. sic p gratias gratis datas cō
tingit ea impleri. sic ut p fidem mādatum de adoꝛatione. t per
quandā naturalē pietatē t deuotionē mādatum de parētū boꝛ
noꝛatione. t sic de alijs. Alio mō est loqui de impletione man
datoꝛum q̄tum ad intentionē mādātis. t sic q̄ deus p̄cipit mā
data ad hoc q̄ voluntas nostra conformetur volūtati suc. t hec
non pōt esse absq̄ charitate. t charitas esse nō pōt absq̄ dono
gr̄e gratumfacientis. mādata dei fm intentionē mādantis absq̄ huiusmodi dono nō possunt obseruari. Et hoc est quod dicit
apostolus Roñ. xiij. Qui diligit proximum legē impleuit. Et
iterum. Plenitudo legis est dilectio. Et. j. Tym. j. Finis p̄ecepti est charitas de coꝛde puro t̄c. Hoc ipsum etiā insinuatur
Deut. vj. vbi post enumerationē mādatoꝛum decalogi. subdit
mādatum charitatis quo dicitur diliges dominum deum tuū
ex toto coꝛde tuo t̄c. p̄z igitur ex p̄dictis quāta sit necessitas
gratie gratumfacientis. q̄ non solum est necessaria ad remissionem pecc̄oꝛum verumetiā ad victoriā tentationuz. t ad obseruātiam mādatoꝛum diuinoꝛuz. Multipl'r enim errauit Pelagius
qui dixit li. ar. tm̄ posse habere vt nō indigeret gr̄a gratūfaciē
te. ¶ Hac igitur positione tāq̄ hereticā repudiata implorāda
est gratia dei p quā deleātur pecā. t vincātur dyabolica tenta
menta t implcātur diuina mādata. nō solum fm genus operis
sed etiā fm intentionē mandātis. Non soluz ad vitationē pene
verumetiā ad meritum glorie. Nam t si p̄imus modus obseruā
di pōt esse p gratiā gratis datā. secundus tm̄ modus nō potest
fuit ipsi ade. ⁊ ratio huius melius in tertio reddetur cum agēt
de modo redēptionis humane. Ad pñs autem hoc dixisse suffi
ciat q̄ adā sic satisfacere nō poterat vt impediret trāsfusio cul
17 pe originalis in posteritatē suā. ¶ Et ratio hui⁹ sumitur ⁊ a p3
te ipsius ade. ⁊ a pte gr̄e. ⁊ a parte corruptionis nature. A par
te ade. q3 ipse debitor mortis erat ⁊ dign⁹ penalitate ⁊ miseria.
⁊ ideo quācunq; mortē vel penā sustineret p3o trāsgressione sua
deo satisfacere non poterat sufficiēter. A parte vero gr̄e p quā
satisfaciebat rō sumitur. q̄m illa gr̄a erat gr̄a penitētialis q̄ q̄
dem respiciebat ipsam voluntatē p3one. ⁊ ideo p ipsam non cu
rabat morbus concupiscētie q̄ radicabatur in carne. ⁊ p3opter
ea quātuncunq; satisfaceret remanebat natura corrupta. ⁊ ista
necessitas ad trāsfundēdū originalē culpā. Ex pte vero natu
re sumitur rō. q3 cum natura humana tota in ipso viciata esset.
tāti pensabat illa corruptio nature quāti precij est tota huma
na natura. ⁊ ideo q̄q̄d adā faceret. lōge inferius esset. eo q̄ exi
gebat deus ad tāte corruptionis ⁊ dānationis recōpensationē
⁊ ideo p3o illa nō poterat satisfacere. Posset etiā nihilominus
assignari rō ex pte diuine offense. q̄ cum esset infinita. rōe eius
q3 est contra infinitū non recipiebat recompēsationē nisi aliq̄s
satisfaceret qui esset infinite bonus. Et ideo non indocte dicūt
aliqui q̄ nō solum satisfactio p3o pctō ade. sed etiā p3o quocūq;
alio pctō fundata est sup meritū ⁊ satisfactionē xp̄i. in cuius fi
de ⁊ sacrāmētis deus parcit quibuscunq; parcit. ⁊ ideo contin
git oēs de plenitudine eius accipe. ⁊ ipsum dici caput toti⁹ ec
clesie. tam finalis q̄ primitiue. Pt3 igitur q̄ quocunq; mō dica
tur. impossibile fuit adā p3o posteris satisfacere. Uñ conceden
18 de sunt rōnes boc ostēdentes. ¶ Ad illud qō obijcitur de v̄bo
Anselmi. q̄ si nequisset iusticiā traducere ⁊c. dōm q̄ Anselmus loquit
ibi de iusticia originali. ⁊ illā dicit q̄ adā ⁊seruare potuerit po
steris ⁊ trāsfundere. Hoc aūt intelligēdum est sane. non q3 alic
qua qualitas q̄ esset in anima ade p multiplicationē3 ad poste
ros descēderet. s3 q3 anima ade innocēs coniuncta fuerat carni
pure ⁊ immaculate. ⁊ si stetisset. aīa potuisset illā carnē seruare
⁊ a corruptione mortis. ⁊ a corruptione libidinis. ⁊ hec rectitu
do erat originalis iusticia. Si aūt in hac adā p̄stitisset. cum ge
neraret posteros. carnē immaculatā trāsfunderet. Et fil⁹ duz
aīa creata a deo innocēs tali carni vniretur. illud idē3 posset. ⁊
cādem rectitudinē haberet. quā habuit anima ade. ⁊ p hoc ori
ginalē iusticiā. ⁊ p3o tāto originalis iusticia trāsfundi dicit. q3
si bāc b3 pater. necesse est q̄ bāc habeat filius. ⁊ hoc est ex rōne
bone dispositionis ex pte carnis quā originalis iusticia concer
nit. non sic est de iusticia satisfactionis que voluntatez respicit
19 non carnis integritatem. ¶ Ad illud quod obijcit q̄ sicut fuis
mus in adā peccāte. ita fuimus in ipso satisfaciente. Dicendu3
q̄ non est simile. q3 pctm̄ ade p3o eo q̄ illā iusticiā originalē p̄
uabat. non trāsgressionem p̄sonā. sed etiā naturā. sed q3 illa sa
tisfactio illā innocentiā non restituebat. personā non naturā re
spiciebat ⁊ ideo nō sic in posteros redundare potuit satisfactio
20 sicut redundauit ibi trāsgressio. ¶ Ad illud quod obijcitur q̄ si
oppositum est cā oppositi ⁊c. Dicendum q̄ istud intelligendum
est in his oppositis quorum vtrumq; est aliq̄ natura. ⁊ in eis q̄
recte sunt opposita ⁊ fm illud in quo opponuntur. Et rōne bu
ius triplicis conditionis illa propositio non b3 locum in ppoſi
to. Primum quidem q3 culpa non dicit aliquā positionē siue na
turā. s3 potius p3iuationē. Secunda vero q3 iusticia satisfactio
nis non directe opponitur culpe originali. sed potius originā
li iusticie. ⁊ si illa originalis iusticia fuisset in adā generāte. fuis
set cā oppositi. Tertio vero q3 culpa ipsius ade opponit ipsi sa
tisfactioni inquātum corrūpebat personā. non inquātum corrū
pebat naturā. sed inquātuz corrūpebat p̄sonā meritū erat eter
ne dānationis inquātum vero corrumpebat naturā principiuz
erat vniuersalis corruptionis. Justicia ergo satisfactōis aufe
rebat ab ipso adā meritū eterne dānationis. ⁊ fm illud oppone
batur ei. ⁊ erat cā oppositi vicz eterne btitudinis p modū meri
ti. vicīū aūt corruptionis nō auferebat. nec eius oppositū cau
sabat. q3 fm illud nō opponebat ei. ¶ Ad illud qō obijcitur q̄
21 pnior est deus ad miserēdū q̄ ad cōdemnādum. Dōm q̄ illud
verū est vbi mia sic b3 locū q̄ non excludit iusticiā. iusticia aūt
req̄rebat maiorē satisfactionez q̄ adā posset facere. ⁊ ideo mia
p3o illa modica satisfactione ade non debebat toti gñi humano
donare offensaz. sed qō nobis ⁊ sibi decrat decebat eū supplere
qō ⁊ fecit. cum propter nimiā charitatē suā filiū suū vnigenitū
misit in similitudinē carnis pcti. ⁊ cū essemus mortui pctō con
uiuificauit nos x̄po. ¶ Ad illud qō obijcit q̄ potentior est gr̄a 22
q̄ sit culpa. rñderi pōt dupl⁹. Primo q̄ illud intelligendu3 est
respectu illius effectus ad quē gr̄a ordinat. gr̄a aūt gratumfa
ciēs ipsi ade collata nō ordinabat ad remouendū carnis corru
ptionē. sed volūtatis deordinationē. q3 reformatiua erat imagi
nis. nō repatiua carnis. Nihilomin⁹ tñ in repatione carnis po
tentior est aliquo mō q̄ culpa. dū p gr̄az merek bō scōam stolā
Aliter pōt dici q̄ ⁊ si gr̄a potentior sit q̄ culpa. non tñ sequit q̄
totū reformet qō culpa destruxit. Multo enī facili⁹ est destruc
re q̄ cōstruere. Uñ vnus mal⁹ cibus aliq̄n plus corrūpit natu
rā q̄ centū bone medicine possint eā repare. q̄uis medicine il
le sint valde potētes ⁊ virtuose. ¶ Ad illud qō obī de lege pu 23
pillorū. Dōm q̄ adā non ad posteros cōparat sicut tutor ad pu
pillos. sed sicut pater ad filios. Uñ sicut pater facili⁹ pōt bona
sua dissipare ⁊ destruere. ⁊ p cōsequēs hereditatē filiorū suorum
deuastare q̄ posset illā post deuastationē ⁊ cōsumptionē repa
rare. sic ⁊ in ppōsito intelligendum est se habere.

Onsequēter circa scōz articulū queritur
de q̄titate originalis. Et circa hoc duo q̄
runtur. Primo queritur de ipso originali
sub rōne q̄titatis cōtinue. Utrum vnum
originale possit esse maius altero. Scōo
querit⁹ q̄tum ad rōnem q̄titatis discrete
Utrū videlicet sit ponere vnum originale
vel plura.

Questio. j. Utrum originale in oībus reperiat⁹ equa 1
liter. Et q̄ sic videtur Anselmus de originali
pctō ca. xxvij. Originale pctm̄ in omnibus estimo esse equale.
¶ Item docip̄m videtur rōne. Originale pctm̄ est carentia de
bite iusticie. sicut supe dictum est. ⁊ quilibet illa iusticia origina
li est simpliciter nudatus ⁊ priuatus. ergo si equaliter oēs sunt
priuati. equaliter originali macula sunt infecti. q̄ in quibuscun
q; reperit⁹ originale pctm̄. equaliter repit⁹. ¶ Itē docip̄m ostē
ditur p cām. Originale pctm̄ est in nobis ppter adē inobediē
tiā. sed inobedientia ade vna fuit. ⁊ equaliter oēs posteros re
spiciebat. ergo videtur q̄ oēs equaliter culpabiles faciebat.
¶ Itē hoc ip̄m videtur per penā. Oēs enī hūites culpā originā
lem equaliter puniuntur. vicz omnimoda carentia visiōis dei.
si igitur quātitas pene respondet quātitati culpe. videtur q̄ si
est equalitas in carentia visionis dei. q̄ sit equalitas in corru
ptione originalis. ¶ Item hoc ip̄m probatur p concupiscentiā
annexā. originale enim pctm̄ ad omne malum reddit pronum p
concupiscentiā. Unde dum lex prohibet concupiscentiam pro
hibere dicit omne malū. ergo originale pctm̄ vnūquēq; corrūp
pit vniuersaliter. sed vniuersalē corruptionē non cōtingit repi
re fm magis ⁊ minus immo in omnibus in quib⁹ reperit⁹. in ter
mino reperit⁹. ergo videtur q̄ originalis culpa non pot esse ma
ior in vna persona q̄ in alia. ¶ Itē si maius est originale in vno
q̄ in alio. aut b̄ est ex actu parentis. aut ex actu prolis. Ex actu
parentis esse nō potest. Nam sicut probatum est supra. pctm̄ pa
rentis in prolem non transit. Ex actu vero prolis esse nō potest
sicut planum est. ergo videtur q̄ nullo modo originale in vno q̄
in alio reperiat⁹ intēsi⁹. ¶ Sed ꝺ Anselmus de cōcep. virg. Sicut p
pter naturā nasci⁹ corrupta p̄sona. ita natura p p̄sonam efficit

magis peccatrix.sz peccatū qō inficit naturā est pctm originale.ergo vr̄ q originale pctm in aliquo possit fieri mai' ⁊ intēsi'
¶ Item boc videf rōne. Nullū malū est in summo q: nihil est summe malū.sed originale peccatū malū est.ergo non est i summo.sed qō est citra summū.⁊ intēdi pōt ⁊ augeri.ergo originale peccatū intensibile est igit pōt maius in vno q in altero reperiri. ¶ Item originale peccatū est concupiscētia.sed concupiscentia pōt intendi sicut ⁊ pōt remitti ⁊ aliquando intendit.sicut p3 per experimentū.ergo videf q peccatū originale intendi valeat.vt sit maius in vno q in alio.vel etiā intensi' in eodē ꝑm stat' diuersos. ¶ Item feditas carnis est ratio ḡre anima contrabit originale.sed caro non est infecta in summo.⁊ qō nō est infectū in summo.dū trāsit per viā infectionis pōt magis ⁊ magis infici. Si igit caro nostra trālit per viā infectionis dū propagaf.videf q magis ⁊ magis inficif.ac per boc quotidie originale pctm augmentaf. ¶ Item omnis proprietas quāto magis appropinquat sue cause est intensior ⁊ fortior.⁊ quanto magis elongaf debilior.sed corruptio originalis ab adā producitur.tāq a fontali principio ⁊ radice.ergo videf q quāto aliquis est ade proximior.q tāto originalis culpa sit in eo intensior. ¶ Item vna anima melioza habet naturalia q alia.sicut in p cedenti dis.habitū est.sed tāto corruptio peior est quāto est in meliori natura sicut Aug.dicit ⁊ expresse ratio manifestat propter dignitatē eius qō corrūpif.ergo originalis corruptio peior est in vna anima q in altera.⁊ si boc.videf q culpa sit intensior. ¶ Rñ.dōz q sicut si adā stetisset oēs equaliter essent innocentes.ita nūc cū adā peccauit omnes facti sunt equaliter peccatores.⁊ ita culpa originalis in omnib' reperif equaliter ita q non est maior in vno q in altero.nec etiā intendi habet in eodem subiecto. ¶ Ad cui' intelligentiā notādū est q ista tria cōcurrūt ad originale pctm.sz debite iusticie carentia.concupiscētia.⁊ carnis feditas.⁊ primū est ipsi originali essentiale scōz vero materiale.⁊ tertiū causale.sicut supra explanatū fuit. Si igif originale deberet augeri.ex aliquo istoz oporteret ipm intendi.cū aūt per nullū boz intēdi habeat.in omnib' equaliter habet reperiri.Quantū ad carentiā nāq debite iusticie nō potest intendi.ista em̄ carentia non pōt esse maior in vno q in alio nisi triplici de cā. Aut q: sit obligatio fortior.aut q: sit ibi maior privatio.aut q: mod' priuādi sit detestabilior. Nullo istoz modoz maior habet esse carentia in homine vno q in alio. Non enim obligatio fortior.q: omnes equaliter obligamur in adā. Nec priuatio maior.q: eodē dono scz originalis iusticie omnes per originalem culpā nudamur. Nec modus priuādi detestabilior.q: omnes priuati sunt per vnā inobedientiā ade.⁊ sic originale rōne carentie debite iusticie non recipit magis⁊ min'.sed in omnib' equaliter est. ¶ Similiter nec q tū ad cōcupiscentiā intendi habet. Si enim intendif appetit' vel concupiscētia respectu alicui' delectabilis ī aliquo.boc pōt esse tripliciter. Aut ex cōplexione.aut ex assuefactione. aut ex vinculi refrenantis cōfractione. Primo mō absq dubio cōcupiscentia augeri pōt. sicut p3 de concupiscentia carnis q magis feruet in colericis ⁊ sanguineis q in melācolicis sed talis intēsio nihil facit ad culpam. Non em̄ est culpabilis.sed naturalis vel penalis. Similiter ⁊ secūdo mō concupiscentia intendi pōt in eodē homine.sicut p3 in eo q assuefact' est luxuriari ⁊ bona cibaria comedere. q magis est pron' ⁊ ardenti' cōcupiscit q talia non gustauit sed bec intensio nō facit ad originale peccatum .sed potius ad actuale.q: nō dicitur originale peccatum concupiscentia quocunq mō.sed solum put ab origine cōtracta est. Tertio mō nō pōt intendi.sed in omnibus habet equaliter reperiri.pro eo q illud retinaculum originalis iusticie merito culpe ade in omnibus est confractum. Et qm̄ ꝑm istū tertiū modū attendif quālitas originalis ex parte concupiscentie.hinc est q quātum ad cōcupiscentiā originalis culpa in omnib' in quibus est reperif equaliter. ¶ Similiter q tū ad feditatē que est in carne nō potest esse maius ⁊ min' originale.⁊ boc p3. nā q aliqua proprietas intendaf requiritur idoneitas ad intensionem tā ex pte susceptibilis.q ex pte proprietatis que intenditur. q etiā ex pte agentis.⁊ si aliqō bonum defuerit.proprietas illa nō habet intendi.sicut p3 cōsiderāti. Omnia autem bec deficiunt in ꝓposito. Defectus enim est ex pte susceptibilis.nā sicut speculū nouū inficitur a muliere mēstruata.sed postq inuueratum est ex aliquo aspectu non recipit nouā infectionem.sic humana natura in statu primordinali quasi noua existens inficī habuit a corruptione persone.postmodū vero quasi inueterata.ex noua corruptiōe nō recipit nouā infectionē. Defectus etiā est ex pte agentis.q: nullus est post primū hoīem cui' trāsgressio respiciat nisi obligationem ꝑsone.hinc est q talis culpa nō habet inficere carnē cōiunctā. Defect' etiā est ex pte proprietatis intēsibilis Illa em̄ quoz potentia est in termino nō habent recipere magis⁊ minus.sicut vult phs. Feditas autem carnis ꝑm q est ꝓncipium cōtractiōis originalis ortum habet ex carentia originalis iusticie.⁊ q: carentia illa nuditas quedā est.⁊ nudo non est recipere magis nudū.sicut originalis iusticie nuditas non recipit magis vel minus.sic nec carnis feditas. Et sic p3 q ex pte feditatis carnis originale non habet intendi nec augmētari in eodē vel in diuersis.nec ex pte cōcupiscentie.nec carētia debite iusticie.sicut oīsum est.nec sunt plura cōcurrentia ad originale manifestū est igit q originale pctm in oibus in quib' reperitur habet esse equaliter.⁊ ꝓcedend e sunt rationes boc oīa dētes. ¶ Ad illud ergo qō primo obīcitur de Ansel. q natura per ꝑsonā efficif magis peccatrix.dōm q natura accipit dupliciter.Uno mō dicitur natura vis insita rebus ex similib' similia pereās. Alio mō dī natura ipm ꝯmune.bis duobus modis distinguitur natura ꝓtra ꝑsonā. Et cuz dī q natura corrumpit personā.accipit natura pro vi ꝓpagatiua.⁊ corruptio ꝑsone dī illa que respicit voluntatē rōnalem. Cum aūt dicit Ansel.q natura efficif per ꝑsonā magis peccatrix.accipit naturā pro ꝯmuni prout ꝑsideratur in suppposito.⁊ boc p3 per exemplū suuz qō dicit. Sicut adā peccāte peccat homo.sic adā magis peccante magis peccat homo.⁊ boc mō natura nō habet corrūpi solus p pctm originale.sed etiā per pctm actuale.ex boc igitur non sequitur q originale habeat esse maius ⁊ intensi'. ¶ Ad illud qō obīcitur q nullū maiū est in summo.dōm q est summū simpliciter.⁊ est summū in genere.⁊ q uis nō ꝓtingat reperi summum malum simplr.est tn̄ reperire malum summū in proprio genere sicut videmus aliquem ita priuatū visu q non pōt esse magis.sic⁊ in ꝓposito pōt intelligi q originale priuat simplr iusticiaz originalem.⁊ ideo eius infectio est in termino. Posset tamē dici q⁊ si non esset in summo.nō tamen sequitur q posset intendi q: pōt esse defectus ex pte sui susceptibilis vel ex pte agentis.⁊ vtrūq hic deficit sicut supra oīsum est. ¶ Ad illud quod obīcitur.q ꝓcupiscentia potest crescere.dōm q verum est intensiue sed non extensiue. illud tamen crementum nihil facit ad originale pctm.cum non sit nisi vel ex complexione.vel ex assuefactione sicut oīsum est. ¶ Ad illud quod obīcitur q feditas carnis potest esse maior.dōm q⁊ si feditas carnis prout est corruptio penalis intendatur⁊ crescat. sicut p3 in leprosis⁊ seminis fluis.⁊ aliis fedis infirmitatibus oppressis. prout tamen ipsa est principium originalis.habet equaliter reperiri in singulis q: ab vno solo⁊ primo fonte ꝓcedit. ¶ Ad illud vero qō obīcitur q ꝓprietas intensior est cum appropinquat sue origini.Dicendum q illud verum est de ꝓprietate que quidē dicit naturā⁊ positionē.⁊ de illa que habet continuari cuz sua origine.sicut est in virtute mouente.⁊ luminis effusione.aliter non habet veritatem sicut patet.nam candela inflammata ab alia.ita bene flammabit sicut inflammabat illa vtrumq enim deficit in ꝓpposito.tum q: illa carnis feditas plus dicit rōnem priuatiōis q positionis.tum q: etiam illius feditatis trāsfusio.est per generationem in qua generatū primū⁊ secundum habet eandem vim quā habebat generās primū. ¶ Ad illud qō obī q vna anima habet melioza naturalia q alia.Dōm q⁊ si boc verum sit⁊ concedendum.tamen quantum pertinet ad puritatem innocētie omnes anime equales sunt.⁊ q: illius priuationem directe respicit originale.hinc est q licet alia naturalia sint excellentiora.nō tn̄ propter boc intendif corruptio originalis culpe. Oī em̄ dicitur q tāto peior est corruptio quāto melior est natura. Q intelligitur ꝑm illud ꝑm qō natura p vicium corrūpitur. aliter em̄ non habet veritatē.q: frequēter ille qui habet melioza naturalia non habet ita grauia peccata sicut ille qui habet min' bona⁊ etiam in eodem genere peccati.

Questio.ij. Utrum sit ponere vnū originale vel plura. Et q vnum solū videtur primo auctoritate magistri in littera .c. Alioquin vbi sic ait.Uno petō nō pluribus paruuli obligati sunt. ¶ Item boc ipsum ostenditur ratione sumpta a causa. quia pctm originale cōtrahitur ꝓpter

Ad

ꝓpter Ade inobedientiam. ergo si vna tantus culpa fuit eius inobedientia. videtur ꝙ in quocunq; reperitur sit vnicus ⁊ nullo modo plura. ¶ Item hoc ipsum ostenditur rone sumpta a pena. Originali cñ debetur solum carentia visionis dei. ⁊ hec est vna pena. ſz multis culpis multe debent rñdere pene. ergo ⁊c. ¶ Item hocipsum oñditur in cõparatione ad sequelam. Originale cñ non solũmodo est ab origine. sed etiã origo est ⁊ principium oĩm malorum. Si ergo qõ per superabundantiam dicitur vni soli cõuenit. ⁊ status est per reductionẽ ad vnum videtur ꝙ originale pctm̃ non sit nisi vnũ solum. ¶ Item hocip̃m videtur in cõparatione ad subiectũ. Originale cñ est in alia rõne coniunctionis sue ad carnẽ. si ergo vna est caro cui alia coniungit. ⁊ vnica vnione vnitur. ⁊ vnitas est in alia ꝼm ꝙ carni vt pfectibili vnitur. vñ ergo ꝙ necessario peccatum originale sit vnum. ¶ Item hocip̃m ostendit p ꝓparationẽ ad oppositũ. Originale cñ peccatũ est carẽtia debite iusticie. sed debita iusticia cuius originale pctm̃ est priuatio in hoie nõ erat nisi vna. qr i vno innocẽte vna est innocẽtia. ergo ⁊c. ¶ Sed ꝓtra hoc arguitur primo auctoritate sup illud ꝓsal. Ecce in iniquitatibus ꝓceptꝰ sum glo. iniquitates sunt peccata originalia. ⁊ multe auctoritates sunt ad hoc in littera. ¶ Item hocip̃m videt rõnibus sumptis per candẽ viam per quã sumebantur ad oppositũ. Et primo rõe sumpta a cã. Originale cñ pctm̃ est in nobis ꝓpter peccatũ primoꝝ parentũ. sed Adam ⁊ Eua plura cõmiserunt peccata. ergo vñ ꝙ plura sint in nobis originalia. qr qua ratiõe redundat in nos pctm̃ viri. eadẽ ratione mulieris. ¶ Itẽ hocip̃z videtur rõe sumpta a pena. qr vni culpe vnica debet rñdere pena. sed multa gña penalitatũ ad originale pctm̃ consequuntur vt fames. sitis. mors. infirmitas ⁊c. Et quattuor dicit Beda nobis p peccatũ originale esse inflicta. ſz infirmitatem. ignorãtiã. concupiscentiã ⁊ maliciã. vñ igitur ꝙ ꝼm diuersa penalitatum gña sit diuersitas originaliũ. ¶ Itẽ hocip̃m videtur p cõparationẽ ad capitalia subsequẽtia. Habitus cñ diuersificant per actus. ⁊ actus p obiecta. si ergo originale peccatum reddit hoiem procliuũ ad septẽ pctã capitalia q̃ sunt diuersoꝝ generũ. vñ ꝙ in quolibet hoie sit multitudo originaliũ. ¶ Itẽ hocip̃m oñditur p. cõparatõez ad subiectũ. qr oẽs vires aie inficiunt p originale peccatũ. sed multiplicatis corruptibilib⁹. multiplicãtur corruptiões. ⁊ in diuersis potẽtijs diuersi sunt habit⁹. ergo in vnoquoq; hoie necesse est ponere multiplex originale. ¶ Itẽ hocip̃m vñ p cõparationẽ ad oppositũ. qr p originale pctm̃ est priuatio oĩm virtutũ cũ p ip̃m fiat incuruatio aie ad vicia oĩb⁹ virtutib⁹ opposita. ℭ si plures ꝓtingit in nobis reperiri virtutes plures i nobis cõtigit reperiri culpas originales. ¶ Rñ. dõz ꝙ sicut vult mgr Hug. Originale peccatũ dupl̃r dr. Uno mõ dicit originale pctm̃ qõ est origo oĩm pctõꝝ. ⁊ sic pctm̃ ade dr originale pctm̃. ⁊ hoc mõ originale peccatũ nõ tantũ est vnũ spẽ. verũ etiã vnũ numero. Alio mõ dr originale peccatũ qõ est in nobis ab origine. ⁊ a quo etiã cetera vicia sumũt in nobis originẽ ⁊ hoc mõ querim⁹ hic de vnitate originalis pcti. ¶ Ad hui⁹ igitur qõnis dilucidationẽ intelligendũ est ꝙ cũ querim⁹ de vnitate alicuius aut querim⁹ de vnitate ꝼm spẽz ⁊ formã cõez. aut q̃rim⁹ de vnitate ꝼm numerũ ⁊ suppositũ. Si primo mõ loquamur de originali pctõ. sic vnitatẽ hz ꝼm spẽm co mõ ꝼm ꝙ pctm̃ dr habere spẽz. Unitas aũt ista in originali pctõ venit ꝑcipaliter ex pte boni qõ priuat. ⁊ ex parte pcti ade p qõ introductũ est. hoc est ex pte oppositi ⁊ ex pte principij. Una. n. est ꝼm spẽz originalis iusticia. innocẽtia. cui⁹ priuatio est originale pctm̃. Una ẽt fuit inobediẽtia rõne cui⁹ totũ gen⁹ humanũ est corruptũ. ⁊ iõ ꝼm spẽm originale pctm̃ est vnũ in nobis. Si aũt loq̃mur de vnitate originalis q̃tũ ad numerũ. sic dõz ꝙ in vno bo
35 mine est vnicũ. ¶ Et rõ hui⁹ ẽ. qr pctm̃ dupl̃r numerat. Aut rõne subiecti in quo est. sicut in diuersis hoib⁹ diuersa sunt pctã Aut rõne actꝰ p quẽ hõ culpabilis efficit. sic q̃ pluries luxuriatus est plura hz pctã. Neutro istoꝝ modoꝝ originale pctm̃ multiplicat. ſz remanet indiuisum. nã in vno hoie vna est aĩa q̃ p originale pctm̃ ifficit. ¶ Itẽ vni⁹ hois vna ẽ generatio in q̃ ⁊ p quã originale pctm̃ transfundit. ⁊ iõ originale pctm̃ in vno hoie est vnũ solũ q̃tũ ad vnitatẽ ꝼm speciẽ. ⁊ q̃tũ ad vnitatẽ ꝼm numeꝝ
56 Et ꝓcedẽde sunt rõnes q̃ hoc ostẽdũt. ¶ Ad illõ ergo qõ ꝓio obr de glo. in contrariũ. Inq̃tates dicit pctã originalia. dõm ꝙ sicut magister dicit ꝙ frequẽter in scriptura accipit plurale ꝓ singulari ⁊ econuerso sicut magister exẽplificat in lra. Rõ

aũt quare scriptura originale cũ sit vnũ plural̃r nolat. ẽ ꝓpter multiplicitatẽ inclinationũ ad malũ q̃ ex originali pctõ nascũt

¶ Ad illõ qõ obijcit ꝙ originale pctm̃ ortũ hz a pctõ primoꝝ 37
parentũ. dõm est ꝙ quẽadmodũ in generatiõe ꝑlis pr̃ ⁊ mater sunt q̃si vnũ principiũ ꝓpletiuũ ita ꝙ neuter eoꝝ p se sufficit q̃ uis sint diuerse psone ⁊ distincte sic ⁊ in originalis pcti trãsfusiõe itelligẽdũ est. ⁊ sic pctm̃ ade ⁊ pctm̃ eue fuerãt diuersa put tm̃ in originali pctõ inficiebat in vtroq; vis generatiua. vnum pctm̃ originale in ple causabãt. ita ꝙ sicut principalit̃ virt⁹ generatiua residet penes virũ. ita etiã trãsfusio originalis principalit̃ attribuit viro. Nibilomin⁹ tm̃ vtriq; attribuit suo mõ. vñ frivola est illa q̃stio qua q̃rit vtrũ trãsfunderet originale si tm̃ vir vel tm̃ mulier peccasset. qr cũ ad generationẽ duo ꝓcurrãt tãq̃ vnũ principiũ. nõ pateret oc⁹ ꝙ vir incorrupt⁹ mulieri, corrupte ꝓmisceret vel econuerso. Dz. n. siue in statu nature istitute siue in statu nature corrupte seruari ꝓportio ⁊ cõformitas viri agẽtis ad mulierẽ suscipiẽtẽ. cũ in actu illo efficiant vna caro.

¶ Ad illud qõ obr de multiplicitate penaꝝ. dõz ꝙ vni culpe re
spõdet vna pena principalis. plures aũt pñt esse nõ principales 38
Principalẽ aũt dico penã eternã. nõ principalẽ penã tpalez. q̃ quodammõ est ad bonũ ordinatiua. Uel principalẽ voco illã q̃ primo p culpa infligit. nõ principalẽ vo q̃ ad istã ꝓsequit. Ori ginale aũt vna pena eterna punit videlz carẽtia visionis dei. Unica etiã pena tpali principal̃. videlz mortalitate carnis. ſz ad mortalitatẽ multe ꝓsequunt penalitates. ¶ Ad illõ qõ obr 39
de multiplicitate inclinationũ. dõm ꝙ sicut vna chorda rupta q̃ multa colligant. sequit laxatio multoꝝ. ⁊ tm̃ vna est ibi pria corruptio ⁊ laxatio. sic intelligẽdũ est ⁊ in ppositoꝝ iusticia inocẽtie p originale pctm̃ priuata. oẽs vires aie relaxant. vna tm̃ ẽ corruptio loquẽdo essential̃. plures aũt itelligẽdo causaliter.

¶ Ad illõ vo qõ obr ꝙ est corruptio diuersarũ virtũ. dõm ꝙ ve 40
rũ est. ſz sicut gña ponit esse in virtib⁹ aie put tm̃ ꝓtinuant ad vnitatẽ substãtie aie. ⁊ iõ vna est gña in oibus virtib⁹. sic ⁊ originale pctm̃ est corruptio pluriũ virtũ. prout tm̃ ille vires in vnitate substãtie vni carni habẽt vniri. Et sic intelligendũ est illõ vbũ qõ ab aliquib⁹ ꝓsueuit dici. s. ꝙ originale inest aie ꝼm suã essentiã. hoc enim nõ est intelligendũ ꝙ ipsam substãtiã aie originale priuo rescipiat q̃ potẽtias. Nã ꝓtrariũ hui⁹ dicit Ansel. i li. de ꝓcep. virgi. ꝙ tã iusticia q̃ iniusticia prio est involũtate ⁊ loquit sibi exp̃sse de pctõ originali. Et sic itelligẽdo ꝙ originale pctm̃ vt culpa est. fit prio involũtate vt viciũ. fit in plurib⁹ potẽtijs advnã substãtiã ꝓtinuatis. intelligit bt̃ vnicũ subiectũ sicut vnitas vna ponit esse in oĩb⁹ mẽbris eiusdẽ corporis. sicut vult Aug. Nõ sic aũt est de pctõ actuali. Nã pcta actualia diuersas potẽtias respiciũt. ꝼm ꝙ ad diuersos act⁹ ꝓparant. vñ ⁊ p diuersos actus introducunt in esse ⁊ propterea ꝼm diuersitatem potentiarũ habent differre. non sic est de originali peccato qõ cõtrabitur ex vnione anime ad carnẽ. ¶ Ad illudquod vl 41
timo obijcitur de comparatione ad oppositũ. iam patet respõsio. Naz originale peccatũ primo ⁊ principaliter virtutibus nõ opponitur. sed opppnitur iusticie originali. de qua sepe dictuz est. ⁊ illã priuãdo per consequẽs inclinat ad diuersa vicia. ⁊ sic inclinãdo cũ ommibus virtutibus hz repugnantiã. vnde ratio illa non cogit. qr non argult per illud qõ opponitur directe. ſz solũ per id quod opponitur ex consequenti.

Consequenter queritur q̃tum ad tertium articulum de pena originalis. Et circa hoc querunt duo. Primo queritur vtrum decedentes etiam in solo originali puniantur pena ignis materialis. Scõo q̃ritur vtrum puniãtur pena interioris doloris. an solum carentia visionis dei.

Questio. Utrũ paruuli decedẽtes in solo originali puniant pena ignis materialis. Et ꝙ sic videt Aug. de fide ad pe. Firmissime tene paruulos qui sine sacramento baptismatis de hoc seculo trãseũt. eterni ignis supplicio sempiterno puniendos. ¶ Itẽ Aug. Quisquis iam uere incipit. vt ante finiat vitam q̃ ab eius. s. originalis oblitteratione soluatur. si vnius dici vel vni⁹ hore spacio anima virit in corpore. necesse est eã cũ eodẽ corpore interminabilia gehenne supplicia sustinere. Ex hoc expresse colligit ꝙ originali non tantũ debetur carentia visionis dei. sed etiam pena ignis.

¶ Itẽ hocipsum videtur ratione. Paruuli in hac vita multas sustinẽt penalitates ⁊ afflictiões. aut ergo iuste aut iniuste. Nõ

iniuste hoc cōstat. qz ois pena iusta est. Si iuste ergo meretur hoc originalis culpa. si ergo culpa non debet remanere impunita. t originale meretur penam sensus. videt q parvuli pena sensibili crucietur. ¶ Itē illud est magis dignū puniri in quo magis residet cā peccati. per que cūi quis peccat per illa debet torqueri. sed traductio t cā originalis peccati maxime residet penes carnez. ergo videt q illa potissime debet puniri. si ergo aīa merito illius culpe digna est dei visione priuari. multoforti⁹ caro digna est eternis supplicijs cruciari. ¶ Itez puulis nō restituunt corpora dotata. habebūt igit corpora passibilia. sed oē passibile necesse est aliqū pati. vel ab extrinseco. vel ab intrinseco. maxime cū approximat agenti actuo. ergo vī q parvulo⁹ corpora aliqū patiantur t affligent. ¶ Sed contra Augu. in ench. Mitissima sane eoz erit pena. q̄ preter pctm̄ qđ originaliter traxerūt nullū insup addiderūt. sz si paruli carerēt visione dei t punirent igne materiali nō haberēt mitissimā penā. Si igit nemo dubitat eos visiōe deiprīuādos. vī nullo mō esse ipsos corporali supplicio puniendos. ¶ Item magr in lra. alioquin pro originali pctō qđ a parentibus paruli traxerunt. nullā aliam materialis ignis vel conscientie vermis penā sensuri sunt nisi q dei visione carebūt imperpetuū. ¶ Itē hoc ipsum videtur ratione. Iniustū est plus exigere in pena q̄ commissum est in culpa. si ergo paruulus nullo actu suo diuinū contempsit imperiū. videt q nullū debetur sibi eternale tormentū. ¶ Item acerbitas pene rīdet quantitati delectationis. iuxta illud Apoca. Quantū glorificauit se in delicijs ꝛc. sed aīa q̄ cōiuncta fuit corpori paruli infirmanti t debili nullam delectationez inordinatā in corpore sensit. ergo videt q sibi nō debeatur acerbitas. pene sensibilis. ¶ Itē horribilius est cōtinue t eternaliter in tormentis esse q̄ oīno non esse. si ergo deus aīaz quā creauit fine perpetratione alicuius pcti eternis supplicijs deputaret. nullū videretur sibi beneficiū pstare. nec misericordia simul cū iustic'a curreret. q si hoc est inconueniens dicere apud pīem misericordiarū. videtur ꝛc. ¶ Rñ. ad predictoz in
42 telligentiam est notandū q̄ hic duplex est opinio. Quidā enim attendētes rigorē diuine iustitie ac sentētie qua deus pro vno modico mortali i quo momētanea t quasi nulla fuit delectatio bolem cruciat eternaliter. dicūt q puuli cremabunt igne materiali. longe tñ minus q̄ illi q̄ peccauerūt pctō actuali. Et hoc dicunt sensisse Aug. cum dixit in ench. penā paruulorū esse mitissimā. Et in libro de fide ad pe. Paruuli cruciabuntur eterno supplicio. Mitissimā em̄ illā vocat penā nō absolute. sed respectu aliarū. Nec in hoc derogatur vt dicūt diuine mīe. q̄uis pl' manifestetur via iustitie q̄ misericordie pro eo q̄ minus malū est in tali pena esse q̄ oīno non esse. cū non sit ibi tanta boni pri natio sicut manifestat Aug. in lib. de li. ar. t hoc dicunt esse cōueniens vt sicut in originali pctō erat carentia debite iustitie t concupiscentia. sic etiam in pena esset carentia visionis dei t afflictio ignis eterna. Sed cū valde durum illud dicere videatur q̄ deus tam dure t tam aspere agat cū paruulis sic decedētibus. qui oīno nō potuerūt vitare nec mortē culpe. nec mortez nature presertim cū videamus deū cū impijssimis t scelleratissimis peccatoribus in multis misericorditer agere. Ideo est alia positio mitior q̄ magis concordat pietati fidei t iudicio rationis q̄ qz paruuli decedētes cū originali carēt iustitia t spūssancti gratia q̄ est pignus hereditatis eterne. priuant in eternum dei visione. qz vero in carne fuit feditas. ideo ponentur in loco vili vtpote infernali. sed qz nō habuerūt in se actualē delectationē peccati. nec in spū in carne. ideo nō sentiunt pene ignis acerbitatē. Hunc modū dicēdi magis approbant mgri cōiter. t ideo ipsum sustinendo sm opinionē mgri. sicut pz in littera. rationes que ad hanc partē inducunt concedo. ¶ Ad illud ergo qđ primo obī in Ariū de verbis Aug. dōm q̄ Aug. in verbis illis nō
43 intendit dicere q̄ paruuli sensibiliter crucient. sed intēdit eoz penā manifestare q̄tū ad carentiā visionis dei. t q̄tuz etiā ad vilitatē loci. Et hoc valde abundanter exprimit pius dicens t minus volēs intelligi. Nec sine cā loquitur sic. hoc em̄ facit ad extirpandam illā heresim q̄ dicebat paruulos nulla pena puniri. Unde sicut in moribus documentū est q̄ qui vult ab vno extremoz pueniri ad medīū quasi dz declinare ad aliud extremū sicut docet pbs. Sic etiā beatus Aug. vt illā heresim extirparet que dicebat paruulos ab omni pena immunes. t ad medīū reduceret videlicet ad penam carentie visionis dei simplr as-

seruit eos cū alijs pctoribus eternaliter dānari. Istum autem suū intellectū explanauit in ench. vbi dixit penā eoz esse mitissimā. sicut dicit mgr in lra. ¶ Ad illud qđ obijcitur q̄ paruli 44
multas penalitates sustinent in hac vita. dōz q̄ t si tpaliter puniri pro pctō originali sit iustū. non tñ sequit q̄ eternaliter. Et ratio huius est. qz pene tpales non tñ sunt punitiue. sed etiā p motiue. vnde deus non tñ affligit inimicos suos. verumetiam amicos sicut pz in Tobia t Job. t ideo inflictōe temporali secueritati iustitie cōiuncta est benignitas misericordie. que duo eleganter reperiri dīnt in omni punitione dei t remuneratione sic autem non contingeret in pena eterna reperiri. hoc enim parum esset de rigore iustitie. si animas paruulorum ignis gehēnalis supplicio cruciaret. ¶ Ad illud qđ obijcit q̄ in carne ma- 45
xime residet cā pcti. dicendum q̄ t si cā pcti quoquo modo residet in carne. hoc est per modum cuiusdam habitus. non p modum actus. tñ caro non facit animā paruuli concupiscentem. sed concupiscibilem. t propter hoc nec ipsa nec anima in ipsa debet actuali combustione ignis torqueri. sz sicut anima priuatur visione dei. sic etiam caro priuatur stola sua. t in loco vili t tenebroso ponitur. cum collocanda esset in celo empyreo. si a tali feditatis corruptione fuisset sanata per baptismi efficaciā. ¶ Ad il- 46
lud qđ obijcitur q̄ paruuli non habent corpora dotata. sed potius passibilia. dicendum q̄ aliquid non pati ab aliquo duplr citer contingit. Aut ex virtute quā habet in se. aut ex ordine diuine iustitie. Dico igitur q̄ qz corpora paruulorum sint passione carentia. t hoc non est propter virtutē resistendi quā habeant in se. sed potiꝰ propter ordinē diuine iustitie. Sm cuiꝰ regulaz ignis infernalis agere bz. cū sit instrumentū diuine iustitie. Tñ sicut idē ignis magis cruciat maiorē pctōrē q̄ minorē. sic t in eodez igne patiunt corpora eoz q̄ peccauerūt pctō actuali. paruulorum vero corpa. etiā si in ipsis ignibꝰ infernalibus volutent passionez nō sentiūt. t tñ non bīt impassibilitatis dotē. qz nō supant vim ignis p hoc qđ bīt a virtute propria. ¶ Et si tu obijcias mi- 47
bi q̄ dīnt pati passione venīte ab intrinseco vtpote fame t siti. cū non habeāt corpora impassibilia t īmortalia. dōz q̄ sicut dā natorū corpa cum sint passibilia t defectibilia. tñ diuina virtute sustentāte ppetuant in vita vt ab ignibꝰ non consumant. sic t puulorū corpora cadē virtute diuina in vita protinuantur. vt non indigeant cibo nec potu. nec tñ habent illā firmitatē t solidatem quam habebunt corpora gloriosa.

Questio. ij. Utrum paruuli decedētes in solo originali puntant aliquo dolore interiori. 5

Et q̄ sic vī per illud Jobā. Libro. qui dicit q̄ excludi a bonis eternis. t alienū effici ab bis que pparata sunt iustis tñ generat crutiatum. tñ dolorem vt etiā si nulla extrinsecus pena torquerer. hec sola sufficeret. ergo si paruuli excludent sicut adulti. videtur q̄ maxime cruciabuntur interiori dolore t gemitu. ¶ Item q̄cunq; aliquis desiderat t illo priuatur. necessariuz est illū tristari t dolere. sz oēs boies naturaliter desiderāt beatitudinem. ergo si aīe paruulorū eterna beatitudine priuant. videtur q̄ ex hoc necessario tristent. ¶ Item aīa paruuli dū vnitur carni contrahit concupiscentiā. cū ergo separatur a corpore remanet in ea infectio illa contracta. t ipsa pōt exire in actū. hoc cōstat. ergo pōt concupiscere. sed concupiscētia semp est vel cum delectatione vel cū pena. Cum delectatione cū habet qđ desiderat cū pena. si non bz. ergo si aīe paruulorū delectationibꝰ crūt private. vī q̄ doloribus interius erūt afflicte. ¶ Item paruuli decedentes cum originali. t antiqui patres in limbo existentes. vtriq; priuabant visione diuina. si ergo ampliori debebant pena puniri paruuli qui habebant culpā q̄ patres q̄ nullā habebant culpā. videtur q̄ ex ipsa carentia visionis dei aliquam tristiciam aīe paruulorū habeant. ¶ Item maior dolor est quādo quis priuatur aliquo bono sine cā q̄ quando priuatur ex causa aliqua ergo pari ratione maior dz esse dolor qñ priuatur ex minori cā q̄ quando priuatur ex maiori. si ergo aīe paruulorum ex minori cā priuantur visione diuina q̄ anime adultorū. videt q̄ magis doleant interius. ¶ Itē aīe paruulorum p naturam habent affectiones. t affectiones necesse est vel quietari vel p eas aliam affligi. inquietudo enim affectionū nō modica est afflictio sed affectiones paruulorū nō erunt quietate. alioquin iā essent in quadā beatitudine. solus enim deus est q̄ quietat desiderium aīe. ergo videt q̄ si aīa erit in affectionū varietate t inquietudine. q̄ erit continuę in dolore t afflictione. ¶ Sed contra ma-

gister

giſter in lſa. nullã aliam penã ſenſuri ſunt paruuli ignis mate-
rialis vel ꝛſcle vermis. nũi ꝙ dei viſione carebũt impei petuũ
ergo vꝝ ꝙ nõ habeãt doloꝛẽ ineternũ. ¶ Itẽ oꝛigiale ineſt aĩe
ex vnione ad carnẽ. g̃ ſi aliquo doloꝛe dꝫ aĩa cruciari merito oꝛi
ginalis pcti. illo potiſſime cruciaꝛi dꝫ qui ineſt aĩe ſm carnẽ. ſi
ergo caro non cremabiſ igne materiali. vꝝ ꝙ aĩa non cruciabiſ
doloꝛe ſpũali. ¶ Itẽ ſi paruuli decedẽres in oꝛiginali dolebũt
poſt banc vitã. aut dolebũt de culpa. aut de damno. Si de cul
pa dolebũt. ergo erũt iuſti. Si de dãno dolebũt. cũ illud dãnũ
ꝛ pena carentie viſionis dei ſit iuſta. ꝛ q̃ dolet de iuſto eſt iniu-
ſtus vꝝ ꝙ in aliab⁹ decedentib⁹ cũ oꝛiginali non trſi ſit culpa oꝛi
ginalis. ſed etiã actualis. ¶ Itẽ ſi paruuli dolebũt de amiſſio
ne illi⁹ ſummi boni. cũ ipſi virtutẽ patientie non habeãt. ꝛ q̃ do
let de aliquo malo carẽs virtute patientie murmuꝛat cõtra pu
nientẽ vel infligentẽ. ergo vꝝ ꝙ aĩe paruuloꝝ murmuꝛent con-
tra deũ. ſed nullus põt murmurare contra deũ niſi inique. ꝛ in
iuſte. ergo videꝫ ꝙ poſt egreſſuꝝ a coꝛpoꝛe aĩe decedentes i oꝛi
ginali magis efficiaꝫ inique q̃ ante. qõ eſt ſpoſſibile. ¶ Itez
ſi dolẽt aut credũt ſe habituros illud bonũ aut certi ſunt. ꝙ nũ
q̃ habebũt. Conſtat ꝙnon expectant illud bonũ habendũ cum
non habeant ſpez. ſi ergo doloꝛẽ habent de bono amiſſo cũſcer
ti tudine nũq̃ habendi. videꝫ ꝙ habeant deſperationẽ. ſed de
ſperatio eſt acerbiſſima oĩm penaꝝ infernaliũ. ergo paruuli pu
nirenꝫ pena acerbiſſima. qõ impiũ eſt dicere. ¶ Item ſi dolent
aut dolent in ſummo. aut nõ. Si in ſummo dolent. igiſ acerbiſ-
ſime puniunꝫ. Si nõ dolẽt in ſummo. ergo in proceſſu tpis pfit
magis ꝛ magis dolere. cũ doloꝛ ille oꝛtũ habeat ex interioꝛi af
fectione. ergo in eadẽz diſpoſitione manente culpa. videꝫ ꝙ in
48 eis creſcat pena. q̃ duo ſunt incompoſſibilia. ¶ Rñ. ad p̃dicto
rũ intelligentiã eſt notandũ ꝙ ſup hac q̃ſtione nec exꝓſſe loq̃
tur ſcriptura. nec exꝓſſe cã ſancti determinãt. Et ideo docto
res theologie hic opinantur contraria. Quidã enim voluerũt
dicere ꝙ paruuli carebũt ꝛ cognitione ꝛ doloꝛe. Cognitione q̃
dem carebũt exigente iuſticia. doloꝛe carebũt exigente miſeri-
coꝛdia. Juſticia namq̃ exigit vt non deꝫ eis poſt banc vitã do
num aliq̃ cognitionis. qõ in hac vita nõ habuerũt. vnde ſicut
caruerũt cognitione fidei ꝛ omni genere cognitionis intellecti
ue illi q̃ moꝛtui ſunt ante vſum rationis. ſic etiam carebũt poſt
banc vitam. nec diuturnitate temporis addiſcent. ſicut nec mo
riones q̃ nihil plus ſciũt qñ moꝛiunꝫ q̃ qñ naſcunꝫ. etiaz ſi mul
to tempoꝛe vixerũt. Miſericoꝛdia exigit vt non habeant penaz
actualis doloꝛis. cũ non habuerũt maculam culpe actualis. ꝛ
ideo iuſto ſuo iudicio pꝛiuat eos deus oĩm coꝛuz cognitione q̃
poſſet eis inferre doloꝛez. meli⁹ eſt enim talia ignoꝛare q̃ ſcire.
ſicut pcõꝛi proclivo ad pctũ meli⁹ eſt ignoꝛare q̃ noſſe ea que
cũ inclinant ad pctũ. Sed qꝛ difficile eſt intelligere ꝙ anima
ſeparata non habeat vſum rationis. ꝛ non cognoſcat ea ſaltem
quoꝛũ cognitio eſt ei naturaliter inſerta. cũ ex parte coꝛporis i
pedimentũ non habeat. Ideo alĩ aliter opinaꝫ ꝙ anime paꝛ-
uuloꝝ ꝛ habebũt cognitionẽ. ꝛ habebũt etiam doloꝛez. Scient
enim pꝛopter q̃d facte ſunt. ꝛ ſcient ſe illo bono merito oꝛigina
lis culpe eſſe pꝛiuatos ꝛ pꝛopterea doloꝛez habebũt. ꝛ affectio
nes doloꝛis in eis alternabunꝫ. attamen non habebũt doloꝛem
q̃ mereaꝫ dici vermis. qꝛ non habebũt remoꝛſum ꝙ pdiderũt il
lud bonũ pꝛopter pꝛopꝛiã negligentiã ꝛ cõtemptũ. ꝛ pꝛo tanto
doloꝛ eoꝝ erit multo mitioꝛ q̃ doloꝛ adultoꝝ. Sed qñ plura vi
denꝫ inconuenientia ſeq̃ ſi ponaꝫ ipſos dolere ſicut in oppoñẽ-
do monſtratũ eſt. tũ ꝓpter hoc qꝛ doloꝛ ille eſt abſq̃ patientia.
ꝛ abſq̃ ſpe ꝛ ita cũ murmure ꝛ deſperatione. Tũ etiam qꝛ doloꝛ
aĩe redũdat in carnẽ. ꝛ ſi talis doloꝛ ex deliberatione pꝛocedit
non videꝫ eſſe abſq̃ actuali obliquatione. ¶ Pꝛopter hec ꝛ his
ſimilia eſt terti⁹ modus dicendi. vicz ꝙ anime paruuloꝝ care
bũt actuali doloꝛe ꝛ afflictione. non tũ carebũt cognitione. Et
illud poteſt ſatis rationabiliter intelligi per hũc modũ. Dece-
dentes enim in ſolo oꝛiginali quaſi mediũ tenent inter habentes
gratiã ꝛ culpam actualẽ. ꝛ qñ ſtar⁹ retributionis reſpõdere de
bet ſtatui vite pꝛeſentis. in tali ſtatu debent anime paruuloꝝ po-
ni vt quaſi mediũ teneant inter beatos. ꝛ eternis ignib⁹ cru
ciatos. Qñ igiſ beati carent malo pene ſenſibilis. ꝛ cũ hoc ha
bent dei viſionem. Damnati ecõtrario ſunt in tenebris ꝛ puniũ
tur pena ſenſibili. Paruuli ſm rectũ oꝛdinem diuine equitatis
debẽt cõmunicare in vno cũ damnatis. ꝛ in alio cũ beatis. ſed
nõ poſſunt cõicare cum beatis in babẽdo diuinam pfitiam. qꝛ
tunc in nullo cõicarent cum damnatis. pfitia enim viſionis dei
non ſtat cũ pena ſenſibili. ideo cum beatis cõicant in hoc ꝙ ca-
rent omni afflictione exteꝛioꝛi. vel interioꝛi. cũ damnatis vero
in hoc ꝙ pꝛiuantꝫ viſione dei ꝛ lucis coꝛpalis. Paruuli igiſ ſic
diuino iudicio iuſto inter beatos ꝛ ſimpl⁹ miſeros quaſi in me
dio conſtituti hoc noueruñ. vt tũ ex vna parte conſideratio ge-
neret deſolationẽ. ex altera cõſolationẽ. ita equa lance diuino
iudicio coꝛ cognitio ꝛ affectio libraſ. ꝛ in tali ſtatu ꝓpetuatur
vt nec triſticia deficiat. nec letitia reficiat. ſed in hoc mirabilis
oſtendiſ oꝛdo diuine ſapiẽtie q̃ cuncta nouit ſuis locis diſpone
re ꝛ ad ſui gloꝛiam oꝛdinare. Nã ſicut in beatis potiſſime mani
feſtaſ mia. ꝛ in dãnatis potiſſime claret iuſticia. ſic in iſtis ma
nifeſtaſ miſericoꝛdia ſimul ꝛ iuſticia. ꝛ ex hoc pz ꝙ nõ facit fru
ſtra deus aĩas quas nouit de coꝛpe ante ſuſceptionẽ baptiſma
tis egreſſuras. Oĩa enĩ facit deus ad gloꝛiã ſuã manifeſtãdã.
¶ Uñ ſi tu queras q̃d paruuli faciant vtrũ addiſcant vel confe- 49
rant. vel aliq̃d aliud opus exerceant. breuiter ego rñdeo ꝙ di
uine iuſticie equitas ꝛ ĩmutabilitas in eodẽ ſtatu q̃tum ad coꝛ
pus ꝛ q̃tum ad aĩam. ſiue quo ad cognitiuã. ſiue quo ad effecti
uam ꝓpetualiter eos cõſolidat vt nec pficiant nec deficiãt. nec
letenꝫ nec triſtenꝫ. ſed ſemp ſic vnifoꝛmiter manẽãt. vt ſint ma
teria laudandi diuinũ iudiciũ q̃ ſic eſt equũ ꝛ iuſtum. vt nullũ
bonũ remaneat irremuneratũ. ꝛ nullũ malũ remaneat impuni-
tum. ꝛ pfectiſſime teneat mediũ inter ſuperfluũ ꝛ diminutum.
Scõm banc igiſ poſitionẽ ꝓcedende ſunt rõnes oſtẽdentes ꝙ
paruuli nõ ſentiũt ſpũalem doloꝛẽ. ¶ Ad illud vero q̃ obiiciſ 50
in contrarium de Job. Libro. dõm ꝙ intelligit de bis q̃ exclu
duntur merito actualis pcti. q̃ vermes conſcientie ꝛ remoꝛſum
ſunt habituri. ꝛ ideo nõ habet locũ in paruulis. ¶ Ad illud q̃ 51
obiiciſ ꝙ triſticia neceſſario ſequiſ qñ deſiderium non imple
tur. dõm ꝙ verum eſt qñ nec impleſ in ſe. nec fit recompẽſatio
ſm eſtimationem deſiderantis. Qñ vero ſm eſtimationem deſi
derantis aliqua recompenſatio fit. non neceſſe eſt triſtari. ſicut
multi qui vellent eſſe in paradiſo. bene conſolanꝫ de ſtatu vite
pſentis. qꝛ contenti ſunt bis q̃ habẽt q̃ismodicum habeãt. ꝛ ſic
in paruulis intelligẽdũ eſt eſſe. ꝙ eis ſufficiat ſtatus ſuus: nec
eleuant oculos ad opes quas habere non poſſunt. ¶ Ad illud 52
q̃ obiiciſ ꝙ anima paruuli cõcupiſcentiã habet. dicendũ ꝙ
ſicut in hac vita nec concupiuit nec deſiderauit aliquid q̃ non
debuerit. ſic etiã nec in futura vita. ſed ipſi diuina ſentẽtia col-
locati erunt inter fugã ꝛ appetitum ita ꝙ neutrũ eis dominabi
tur. ꝛ ideo nec habebunt actuale gaudium. nec actuale ſuppli-
ciũ vnũ enĩ repꝛimitur per alterũ. ¶ Ad illud q̃ obiiciſ de ſan 53
ctis patribus. dõm ꝙ ſancti patres ſpem ꝛ certitudinem habe
bant de futura gloꝛia habenda. ꝛ gratiã etiaz habebant p quã
dñm aliquo modo cognoſcebant. ꝛ ideo non ſequitur ꝙ equali
ter punirentur vt paruuli pꝛo eo ꝙ plus habebant conſolatõis
¶ Ad illud q̃ obiiciſ ꝙ maioꝛ doloꝛ eſt alicui cum pꝛiuatur
abſq̃ cauſa dicendum ꝙ paruuli bene ſcient ex cauſa ſe eſſe pꝛi- 54
uatos. ſed qꝛ illam cauſam non a ſe habuerunt ſed aliunde con
traxerunt. ideo nec doloꝛem nec remoꝛſum habebunt. verbum
autem pꝛedictum intelligitur in punitione iniuſta. ꝛ in qua pu
nitus punienti remurmurat. ſic autẽ non eſt in pꝛopoſito. ¶ Ad 55
vltimum dõm ꝙ affectiones paruuloꝝ ſtabiliuntur iudicio
equitatis diuine. non tñ totaliter quietanꝫ ſicut affectiões bea
toꝝ in patria. Unde ſicut differt immunitas a paſſione ſiue a
ſenſu pene in paruulis ꝛ beatis qꝛ in beatis eſt dos. i paruulis
non. ſicut dictum eſt. ſic intelligendum eſt de quietatione ex pꝛ
te affectionum. anime.

Distinctio. xxxiiij. De peccato actuali ſm eiꝰ causalitatem.

Poſt pꝛedicta de pctõ actuali ꝛc. Iſta totalis pars
ſcõi libꝛi in qua mgr̃ agit de lapſu hois diuiſa fuit
in tres partes. ſm ꝙ tripl⁹ cõtingit cõſiderare coꝛ
ruptionẽ pcti. duabus ergo partib⁹ terminatis in
quibus mgr̃ egit de pctõ quo pſona coꝛrumpit na
turã. ꝛ iterũ de pctõ quo natura coꝛrũpit pſonã. vtpote de oꝛi
ginali. ſequiſ hic tertia pars in qua agit de pctõ in quo pſona
coꝛrũpit ſe. ſ̃ eſt de pctõ actuali. ꝛ durat vſq̃ in finẽ libꝛi. ¶ Di
uidiſ aũt hec pars in duas. In pꝛia determinat de pctõ ſiue de
malo ſm id qõ eſt. Scõo vero q̃liter in voluntate habeat malũ
ſiue pctũ cõmitti. infra di. xxxviij. Poſt p̃dicta de voluntate ꝛc.
Pꝛima pars habet duas. In pꝛima determinat de peccato ſiue

Distin. xxxiij.

malo ſm eius cauſalitatē. Scō vero ſm eius quidditatem infra diſtin. xxxv. Poſt, hec videndū eſt quid ſit pctīm. Prima pars cōtinet pſentem diſtinctionem Et diuidit in duas. In pma agit magiſter de malo ꝓtum ad cām originalem. In ſcōa de malo ꝓtum ad ſubiectum ſiue cām efficiētem ibi. Oſtēſa origine mali ꝛc. Prima pars habz tres ptes. In pma aperit ſuam intētionez in generali. In ſcōa vero oſtendit ꝙ malū ortum habeat a cā bona ibi. Cauſa ꝛ origo ꝛc. In tertia vero ꝙ eſt a volūtate libera. ibi. Mala autem voluntas ꝛc. Similiter ſecūda pars principalis habet tres. In pma oſtendit ꝙ malū eſt a bono. 2 ſm mām hoc autoritate Aug. Secundo vero elicit quoddā correlariū. ſcilz ꝙ in his contrarijs fallit regula dyaletico rum. ibi. Ideoq; in his cōtrarijs ꝛc. In tertia vero ꝛ vltima remouet quoddam dubium. ibi. Ad hoc autez qđ dictum eſt ꝛc. Et ſic ſupposito ꝙ malus ſit. duo manifeſtat magiſter de malo ſcz a quo ſit ꝛ in quo.

a ¶ Mala autē voluntas illa angeli vel hois. cā eſt ēt malor ſubſequentiū. Sed contra Aug. in lib. lxxiij. q. dicit ꝙ nullo alio autore pōt homo fieri deterior ergo mala voluntas angeli vel hominis non pōt malas voluntates in alijs cauſare. ¶ Itez ſi omne malū debet imputari ei q̄ eſt cauſa prima. ꝛ mala voluntas angeli vel hois eſt cā oīm malorum. ergo omnia mala ſunt eis imputanda.

¶ Rñ. Dōm ꝙ eſt cā vere efficiens ꝛ pducens. ꝛ eſt cauſa quodammō diſponens ꝛ pducens. Ꝟ̄ ergo dr. Mala voluntas angeli vel hois eſt cā malaꝝ voluntatū ſequētiū. dr p quā dā diſpoſitionē ꝛ inductionē. Dyabolus enim inducit ꝛ diſponit ſuggerendo. bō vero corrumpēdo naturaz ꝛ malū aſſenſuz ſeu exēplū prebēdo. Ꝟ̄ q̄ dicit Aug. ꝙ nullo alio autore fit bō deterior. hoc intelligit tanꝙ autore ꝓncipali. Poſſet tñ dici ꝙ hec iſta intelligit de malis ſubſequentibus primam malam voluntatē angeli ꝛ homis. nō reſpectu diuerſaꝝ pſonarū ſz reſpectu eiuſdem ita ꝙ pma

Aperit ſuā intentionē in generali q̄ de pctō actuali aīaduertenda ſunt. a

Oſtp̄dicta de pctō actuali diligēti indagine q̄daz conſiderāda ſūt. ſ. q̄ fuerit origo ꝛ cā primi pcti. ¶ Utrū res bona an res mala Poſtea in qua re ſit pctīm. Deinde qđ ſit pctīm. ꝛ quot modis fiat. ꝛ de differētia ipſorum peccatorum.

Ondit ꝙ pctīm vel malū ortū habz a cauſa bona. b

¶ Cā ꝛ origo primi pcti res bona extitit. q; añ pmū pctīm nō erat aliq̄d mali vñ oriret. Cū em̄ originē ꝛ cām habuerit. aut ex bono aut ex malo habuit. Sz malū añ nō erat ex bono ergo ortū eſt. Pri' em̄ in angelo ortū eſt pctīm ꝛ poſtea in hoīe. Et qđ erat āge l' niſi bōa natura dei. Nō ex deo ortū eſt malū qđ fuit in angelo. nō ex alio ꝙ ex angelo ex bono ergo ortum eſt. ¶ñ Aug. in rñſiōib' ꝺ Julianū hereticū q̄ dixerat. Si ex natura pctīm eſt. tūc mala eſt natura ait. Queſo vt ſi pōt rñdeat. Manifeſtū eſt ex volūtate mala tā ꝙ ex arbore mala. fieri oīa opa mala tā ꝙ fructus malos. ſz ipſaz malā voluntatē vñ dicit exortā niſi ex bono. Si em̄ ex angelo. qđ ē angel' niſi bonū op' dei. Si ex homine. quid erat ipſe homo niſi bonuz opus dei. Immo quid erat hec duo anteq̄ in eis oriretur mala volūtas niſi bonū opus dei. ꝛ bona ꝛ laudāda natura. Ergo ex bono oriē malū. nec fuit vñ oriri poſſet niſi ex bono. Dico ergo q; volūtatē malā nullū malū p̄ceſſit. ſed ex bono origineꝫ habuit. Hic aperte dr primā cām ꝛ originē mali bonam fuiſſe naturā. Et nihilominus oſtenditur cui' peccati fuerit cauſa. ſcilz male voluntatis.

Ondit ꝙ pctīm ſeu malū eſt a volūtate libera. c

a ¶ Mala añ voluntas illa angeli vel hois cauſa eſt etiā malorz ſubſequētiū. ſ. malorz opez ꝛ malaꝝ volūtatū. ¶ñ Aug. in enchi. Nequaq̄ ou bitare debem' rerū bonaruz q̄ ad nos ptinēt cām nō eē niſi bonitatē dei. Malarū vo ab īmutabili bono deficiētē. bonimutabilis volūtatē pri' angeli poſtea hoīs p̄mū ē creature rōnalis malū. i. priuatio boni. Ecce habez pmā volūtatē boni mutabilis i. angeli vel hois deficiētē ab īmutabili bono. i. a deo. cām eſſe malaꝝ rez ad nos ptinēt b tium q; cā eſt tā pctorz q̄ penaꝝ quib' p̄emitur humana natura. Pria ergo origo et cā pcti bonū fuit. ꝛ ſcōa malū qđ ortum eſt ex bono.

Ondit ꝙ pctīm ſeu malū eſt a bono cōfirmans autoritate Aug. d

mutabile bonum. in huiusmodi autem passionibus anime que
sunt inuidia ira tristicia potius est tediuz boni. ⁊ auersio q̄ cō
uersio. ergo tales passiones aīe nō sunt culpe. ¶Rñ. dicendū
q̄ sicut expresse dicit magister in littera. ⁊ probat per autori
tatem Aug. multe sunt passiones anime que non sunt solū pe
nales. verūctiā culpabiles. sicut ira ⁊ inuidia. Licet aūt hmōi
passiones peccata sint. tamē non sunt pctā inquantum passio
nes. sicut idem Aug. dicit. ⁊ habetur in littera. Omnis autem
passio inquantū ipsa aliquis patitur non est peccatum. sed hu
iusmodi passiones pctā sunt rōne inordinationis voluntatis cō
iūcte. vel antecedenter vel cōsequēter. Propter qō notandū est q̄
quedam est passio illata ab extrinseco. ⁊ circa hanc non consi
stit meritū nec demeritū nisi inquantū a voluntate respuit̄ vel
acceptat̄. Unde occidi p̄o xp̄o non est meritoriū nisi inquātū
voluntū est ab eo q̄ occidit̄. vnde p̄prie loquendo in talib⁹ pas
sionibus non est q̄d meritoriū. sed sufferentia passionis. Est ⁊
alia passio q̄ oritū habet ab extrinseco. Et hec dupliciter potest
oriri. q̄z quedam orit̄ ex corruptione nature. quedam vō ex cō
uersione voluntatis libere. Et illa que orit̄ ex corruptione natu
re in duplici differentia est. q̄m natura corrupta est vitiosa cor
ruptione per concupiscentiam. ⁊ corrupta est corruptione pe
nali per mortalitatem inflictam. Ille igit̄ passiones q̄ oriūtur
ex corruptione nature vt est corrupta penali corruptiōe. tenēt
rationē pene tm̄. vt fames ⁊ sitis. ille vō q̄ oriunt̄ ab ipsa vt est
corrupta corruptione viciosa. non tm̄ habēt rationē pene. sed
etiam culpe. sicut sunt inordinate affectiones anime que cōsur
gunt ex morbo concupiscentie. ⁊ tales sunt passiones ire ⁊ inu
idie ⁊ consimiles. p̄m aūt q̄ hmōi passiones aīe oriunt̄ ex vo
luntatis conuersione ad aliqō bonum amabile. sic p̄m q̄ volū
tas habet cōuerti dupliciter. passiones huiusmodi sunt in du
plici gñe. ¶Uolūtas enim aliqū conuertit̄ ad bonum simpli
citer. ⁊ tunc detestatur ⁊ odit qō aduersatur illi bono. vtpo
te pctm̄.

te peccatū. ⁊ hoc mō passiones inde cōsurgentes sunt iuste et meritorie. Conuertit etiā voluntas aliquādo ad bonum p̄o-
p̄rium ⁊ ad bonū vt nunc. ⁊ tūc passiones que inde cōsurgunt culpabiles sunt ⁊ male sicut ⁊ volūtas a qua oriunt. sed nō ba
benr̄plenā rōnem mali ⁊ culpe nisi qū voluntate consummant vtpote cū aliquis vult irasci vel etiam vult contristari. Et sic
p̄z q̄ hmōi passiones anime peccata sunt. ⁊ inquātum oriunt ex corruptione concupiscentie ⁊ inq̄tum ortum habent ex inor-
dinato more voluntatis deliberatiue. Cōcedende sunt igitur rationes ostendentes aliquas passiones anime esse peccata.

13 ¶ Ad illud vō quod obj̄citur p̄mo in contrariū q̄ libido re-
gnat in omni pctō. dōm q̄ verum est, p̄m q̄ libido dr̄ improba voluntas: sed nō opz p̄m q̄ libido dicit immoderata delecta-
tio. Nihilominus tamē potest dici q̄ ⁊ in istis peccatis reperi tur libido respectu p̄p̄ij motiui. Nam inuidus delectat in bo
ni singularitate. ⁊ iracūdus delectat in adeptione vindicte, immo qō plus est sicut vir iustus ex rectitudine volūtatis de-
lectatur dolēdo de malo culpe. sic etiā inuidus quādam refe-
ctionem inuenit in dolēdo de aliena p̄speritate. ita q̄ delecta tio est de vno. ⁊ tristicia est de altero. Quēadmodum etī ali-
quis dū amisit illud qō multū dilexit tristat vehemēter ⁊ ma-
gna est illi p̄solatio posse tristari. ⁊ ibi solū inuenit quietem in fletu ⁊ dolore. sicut Aug. in. xiij. p̄fes. dicit de se. sic inuidus in dolēdo de bono alieno. in illa passione inuenit quādam dele-
ctationē in eo qō placet sibi de bono alieno p̄tabescere. illa tñ
14 delectatio multū est respersa amaritudine. ¶ Ad illud qō obr̄
q̄ passiones sunt inuolūtarie. dōm q̄ inuolūtarium dicit du-
pliciter sicut ⁊ volūtarium. Uno mō dr̄ volūtarium cuius p̄n-
cipium est volūtas. Alio mō dr̄ voluntarium qō concomitatur volūtas. Et p̄m hūc duplicē modū dupl'r dr̄ inuolūtariū. Uno
mō vt dicatur inuoluntariū qō non est a voluntate efficiente. Alio mō vt dicatur inuolūtarium qō non fit cū volūtate conco
mitante. p̄mo igitur mō accipiendo inuolūtarium. sic verita-
tem hz de passionibus que fiunt ab extrinseco. q̄ eaz p̄ncipium est extra. volūtariū aūt est cuius p̄ncipium est in ipo. nō
aūt hz veritatē in passionibus que sunt ab intrinseco sicut p̄z ostensum est. immo possunt esse voluntarie non solum sicut a
voluntate concomitaete. immo sicut a volūtate causante. duz
15 diligit aliquid inordinate. ¶ Ad illud qō obj̄citur q̄ passioni
bus nō laudamur nec vituperamur dōm q̄ hoc verū est per se loquēdo. put tñ radicem habent ex volūtate. ⁊ volūtas conco
mitatur eas. ⁊ laudari possumus ⁊ vituperari sicut p̄z ostē-
sum est. ideo ratio illa nō p̄cludit q̄ hmōi passiones nō sint pec
16 cata. sed q̄ pctā non sint inq̄tum eis patimur. ¶ Ad illud qō
obj̄citur q̄ nulla virtus est passio iam patz respōsio. Nam ali qua virtus potest circa passiones cōsistere. sicut patientia et
fortitudo put ille passiones efficiūtur volūtarie. sic ⁊ in ppōsi to intelligēdum est esse. Nihilomin' tñ potest dici q̄ quāuis
passio nō sit virtus nisi ex actu volūtatis simul coexistentis. potest tñ aliqua passio put egreditur a natura viciata ⁊ corru
pta esse pctm̄. nec valet illa ratio cū plura exigant ad cōplen-
17 dum bonū q̄ ad cōmittendū malū. ¶ Adultimū iam p̄z respō
sio. Nam iste passiones oriunt ex cōuersione volūtatis ad cō-
mutabile bonū. ⁊ ideo peccata sunt. nunq̄ etī quis inuideret alicui nisi nimis amaret p̄p̄riū bonū. vt vult Damasc. Ira vin
dex est lese p̄cupiscentie. immo generalr̄ sicut ostendit Augu. in. xiiij. de ciuitate dei. cap̄. vij. omnes huiusmodi passiones ortum habent ex amore.

Consequēter querit̄ de cōparatione culpe ad penam q̄m̄ inseparabilitatem. Et circa hoc duo queruntur. P̄rimo queritur vtrum contingat in aliquo ponere culpam sine pena subsequente. Secundo queritur vtrum contingat in aliquo reperire penam sine merito p̄ceden-
tis culpe.

L Quest̄io. i. Utrū p̄tingat in aliquo ponere culpā si-
ne pena subsequēte. Et q̄ sic v̄. Eccli. v
Altissimus est patiēs reddito. sed patiens nō statiz vindicat iram suā. sed vsq̄z in tēpus expectat. ergo videt̄ q̄ deus pecca
torem nō statim puniat. ergo p̄tingit in aliquo esse culpā sine pena. ¶ Item p̄ior est deus ad miserendū q̄ ad p̄dēnandū sed meritū nō hz statim cōiunctū p̄miū. ergo videt̄ similr̄ q̄ culpa nō statim habeat iunctā penam. ergo ⁊c. ¶ Item pena est vt dicit Aug. labor inuoluntarius. sed impijs et peccatoribus in hac vita multa p̄spera p̄ueniūt. ⁊ plures sunt q̄ adeo in malo letant q̄ dolore nō sentiūt. ergo videt̄ q̄ ponere sit pctm̄ absq̄ pena saltem ad tempus. ¶ Item si statim peccato cum peccat punit̄. aut punitur sufficiēter. aut nō sufficiēter. Si suf-
ficienter. ergo nō deberet amplius in inferno puniri. Si non sufficiēter. ergo aliq̄d de culpa ad tp̄s remanet impunitū. sed qua rōne aliq̄d remanet impunitū. eadez rōne ⁊ totū. ergo v̄ q̄ pctm̄ possit saltē ad tempus separari a pena. ¶ Item multo misericordior ⁊ benignior est deus q̄ sit aliq̄s homo. cz ad lau dem benignitatis humane spectat vt in nullo vindicet iniuriā sibi factā. ergo multo fortī' hoc decet facere deū. ergo videtur q̄ saltē ad tp̄s debeat relinquere pctm̄ impunitum. ¶ Sed cō tra Aug. j. confes. Iussisti dñe ⁊ sic est. vt pena sua sit sibi om-
nis inordinatus animus. si ergo ad culpā necessario sequitur animi inordinatio. necessario igit̄ ad culpā sequit̄ aliqua pu-
nitio. ¶ Item vbicūq̄z est pctm̄ ibi est priuatio modi speciei ⁊ ordinis. vbicūq̄z aūt hoc est ibi est dānificatio vbicūq̄z autem dānificatio est merito culpe. ibi est iusta punitio. ergo impos-
sibile est culpā esse in aliquo absq̄ pena. ¶ Item quicūq̄z inor dinate conuertitur ad bonuz vt nūc. auertitur a bono simplici ter. ⁊ quicūq̄z acquirit carnalem delectationem p̄dit spūalem consolationē: sed perdere spūalem consolationem ad quā ani ma nata est. ⁊ amittere deum qui est omne bonum anime. hoc est maximū dānum ⁊ penā incurrere. ergo videtur q̄ nūq̄ pec catum cōmittat absq̄ pena. ¶ Item vniuersum ideo dr̄ ee val de bonum: q̄ optime ordinatum. sed in eo quod est optime or dinatum nō p̄t esse ordinis corruptio. nec simpliciter. nec ad tempus: sed peccatū absq̄ pena est inordinatū. ergo impossi-
bile est ad momentū pctm̄ esse impunitū. ¶ Item ad iusticie p̄fectionem spectat superare iniusticiā. sicut ad sapientie per fectionem spectat vincere maliciā. vt dr̄ Bap̄. vij. Sapientia vin
cit maliciā. sed quia sapientia vincit maliciā. impossibile ē alt quod malum esse q̄ diuina sapientia non statim ordinet. ⁊ ex-
inde bonum aliquod eliciat. ergo cū iusticia dei similiter om-
nem superat iniusticiā. impossibile est aliquam culpam cōmit ti quin statim ad eā nō sequat aliqua pena. ¶ Rñ. dōm q̄ im 18
possibile est culpā in aliquo esse quin ad ipam sequatur pena inseparabil's. Et ratio huius potest sumi ex p̄fectione diuine equitatis. ⁊ ex pulchritudine vniuersitatis. ⁊ ex inordinatiōe culpe. ⁊ ex p̄ditione peccātis nature. Ex p̄fectione diuine eq̄-
tatis rō sumit̄ sic. Tante etī eq̄tatis est deꝰ qui est iudex oīm. vt nō patiat dedecus pctī ad modicū esse sine decore iusticie. omni etī modo debet iusticia iniusticiaz superare. Ex pulchri
tudine vniuersitatis ratio sumit̄. vniuersum etī ex ordine pul chritudinem hz. ⁊ talis est ista pulchritudo qualē decuit fieri ad ostensionē summe sapientie. ⁊ ideo nullo modo fedari po-
test. ac p̄ hoc nec ad momentū esse in ea aliquid inordinatū. et ita nec pctm̄ a pena separatū. Ex corruptione culpe rō sumit̄. Nūq̄ etī culpa cōmittitur quin modus speciei ⁊ ordo circa ac-
tionē volūtatis p̄uert̄. ⁊ dū volūtas se volūtarie in actu suo deordinat. semetip̄am incuruat. ⁊ dū incuruat. mō. specie ⁊ or dine p̄uatur q̄tum ad habilitatē ad bonum. talis aūt p̄uatio, magna est in ipa alia dānificatio ⁊ lesio. Et iō dicit Aug. i quo dam sermone de innocētibus. Nemo hz iniustum lucrū sine iu sto dāno. vbi lucrū. ibi damnū. lucrū in arcba ⁊ dānum in con sciētia. Tulit vestem ⁊ p̄didit fidez. acquirit pecuniā ⁊ p̄didit iusticiā. Ex p̄ditione peccātis nature rō sumitur. q̄ volūtas rōnalis q̄ est causa peccati quasi media est inter sensualitatez sensibilitatē ⁊ finderetim. media est etiā inter deū ⁊ alias crea turas. ⁊ cū se conuertit ad hec inferiora. ab eo recedit q̄ sursum est. ⁊ dū acq̄rit paruū bonū. amittit magnum bonū. q̄ dum ac quirit vt nunc bonū. amittit simpl'r bonum. ⁊ que erat media. facit seip̄am infimā. Similiter cum peccando concordat cum sensualitate. discordat cū sindereti. ⁊ dum cū sindereti discor-
dat. incurrit ex illa repugnātia remorsum quēdam ⁊ afflictio-
nem internam. ⁊ ita dū peccat perdit magnum bonum. perdit bonorē p̄p̄rium. p̄dit solatiū. ⁊ incurrit remorsum. Et sic patet q̄ ad culpam inseparabiliter sequitur pena. siue dicatur pena quedā dānificatio siue dicatur pena afflictio siue inuolunta-
ria passio. sed pena que est dānificatio s̄mp sequitur ⁊ in actu ⁊ in habitu. q̄ nunq̄ est homo in culpa quin semp̄ sit in dāno. Afflictio vō siue remorsio sequitur saltē in habitu quāuis p̄o-
pter delectationē intensam vel incōsiderationem siue distra-

ctionē animi nō seytiaf. Et ex hoc patz qualr pctīs claudit in se penā. ꝛ qualr peccatū potest dici pena peccati. ꝛ etiaz pena su ꝯplius. Scōm eīs diuersam cōparationem volūtatis peccā tis ad findcrestim ꝛ sensualitatem. idem ipm ꝛ habet rationez peccati. ꝛ habet rationē pene. sicut ostensum est. Concedende sunt igit rōnes ꝓbantes ꝙ pena sequitur culpā inseparabilis
19 ter. ¶ Ad illud ergō qō primo obīcit in contrariū ꝙ altissim⁹ est patiens redditor. dōm ꝙ dupliciter est loqui de pena. scil quātum ad statum inchoationis. ꝛ quātum ad statum consum mationis. Et primo mō punitur homo remediabilr. scōo irre mediabiliter. Penā igitur ꝑm statum inchoationis ꝛ remedia bilitatis statim infert deus. qz hoc decet suā iusticiā. Secun dum statū vō ꝓsummationis ꝛ irremediabilitatis differt. hoc eīs decet suā benignitatē ꝛ patientiā. ꝑm cui⁹ diuitias non ex
20 pectat ad penitentiā. ¶ Ad illud qō obīcit ꝙ deus nō statim remunerat. dōm ꝙ sic in pena magnitudo afflictionis differt ꝛ interior afflictio ꝛ remorsio peccatū concomitaf. sicut ꝛ in be nefactis seu bñficijs dei dulcedinis multitudo abscōdit be nefacientibus. nihilominus tñ aliqne primitie spūs degustan tur. ꝛ in ois bono ope quedā iocunditatis ꝓscientie ꝛ trāquil litas bñ operanti ꝓcedit. que est sicut fructus ꝛ remuneratio operis illius. ꝛ hoc est quod dicit aplus. Laborantē agricolā
21 opz primo de fructibus edere. ¶ Ad illud qō obīcit ꝙ pena ē passio inuolūtaria ꝛ afflictiua. iam ptz respōsio ex his que dic ta sunt. Nam ibi est dānificatio ꝛ afflictio q̄us nō semp sen
22 tiatur. ¶ Ad illud qō obīcit ꝙ deus punit sufficienter aut nō dōm ꝙ punire sufficienter hoc est duplr. Aut simpliciter. aut ꝑm ꝙ competit statui presenti. In p̄senti igitur punitur culpa sufficienter. sed hoc non simplr: sed ꝑut cōpetit statui presen ti. ꝛ ideo in tali punitione saluaf debitus ordo. ꝛ nihilomnus post egressum aīe a corpore debet fieri pene accumulatio. nec remanet in pñti. nec in futuro aliquid impunitū sed totū puni
23 tur. Iz plus ꝛ minus ꝑm ꝙ exigit locus ꝛ tempus. ¶ Ad illud qō obz ꝙ homo benignus ꝓdonat. dōm ꝙ nō est simile. pro eo ꝙ cum deus sit ipsa iusticia. si ꝓpriam offensam dimitteret im punitā iniuriā faceret ipsi iusticie. non sic autē est de homine. Preterea cum ipse sit victimus iudex. ei seruanf ofa punienda Unde qō ipe dimittit impunitū. alius punire nō pōt. nō sic au tem est de hoīe qui bz alīū superiorē iudicē. ꝛ quod ipse nō pu nit. quasi ad deum remittit.

D **Questio. ij** Utrū pena possit esse in aliquo sine cul pa ꝓcedente. Et ꝙ nō vr. Primo auto ritate Hiero. ait eīs sic. Quicquid patimur pctā nostra merue runt. ¶ Item Greg. in quadā collecta. Nulla eis nocebit ad uersitas. si nulla obstetur eis iniquitas. ergo si nō ꝓcessit do mīnū culpe. vr ꝙ nullo mō sequi possit supplicīū pene. ¶ Itē Aug. in primo tracta. Mors ꝛ vita a dño deo est. sed vita vt a donāte. ꝛ mors vt a vindicāte. si igit a deo est mors vt a vindi cante. parī rōne ꝛ ois alia pena: sed ois vindicta respicit meri tum culpe ꝓcedentis. ergo videtur ꝙ in nullo sit aliqua pena. quin in ipo prius fuerit culpa illius pene meritoria. ¶ Itē pe na quātum est de se dicit aliquod malū. Diuidit eīs malum in malū culpe. ꝛ malū pene. ergo sicut malū culpe dicit priuatio nem alicuius boni ꝛ alicuius ordinis. ita etiā et malum pene. ergo sicut malū culpe indiget ordinari. ita ꝛ malū pene. sed si cut malū culpe ordinaf per sequens malū pene. sic malū pene per anterius malū culpe. igit sicut culpa nō potest esse sine pe na. sic nec pena sine culpa. ¶ Itez ois punitio ꝑm ꝙ hmōi est effectus diuine iusticie. iusticia aūt ꝑm ꝙ hmōi ꝓsiderat meri tor exigentiā. nullū aūt est meritū pene nisi peccatū. ergo im possibile est aliquē puniri nisi in eo qō ꝓcesserit macula pecca ti. ¶ Sed ꝓtra Job. xvij. Nō peccaui. ꝛ in amaritudinib⁹ mo ratur oculus meus. Et similr Job. vj. Utinā appenderentur peccata mea q̄bus iram merui. ꝛ calamitas quā patior in sta tera quasi arena maris hec grauior appareret. ergo videf ꝙ pene q̄ fuerūt in Job nō fuerūt merito ꝓcedentiū peccatorū. ¶ Item Job. ir. ca. Quis peccauit hic aut parētes eius vt ce cus nasceref. vbi dr. neq; hic peccauit neq; parentes eius. Et exponit Aug. ꝙ hoc nō dr. qz nō peccauerūt: sed qz cecitas nō erat pena peccati. ergo idem qō prius. ¶ Item p peccato ori ginali nō meretur quis nisi semel mori. ꝛ Lazarus non tantuz fuit mortuus semel sed bis. ergo videf ꝙ prima mors aut secū da fuerit ei absq; merito peccati inflicta. ¶ Item tota die vi

demus ꝙ impius affligit iustū. Et de hoc etia ꝓphetā cōque ritur. Habacub. j. Quare taces ꝓculcāte impio iustiorē se. sed nō esset iusta q̄rela ꝓphete si iustus p pctis suis puniref. ergo videtur ꝙ multe pene infligātur que nō infligunf merito pec catoz. ¶ Item xp̄s fuit a iudeis interfectus. ꝛ planū est ꝙ in ipo nullū fuit omnino peccatū. ꝛ mors illa pena fuit. hoc cons stat. ergo videf ꝙ pena possit esse absq; culpa preambula.
¶ Rñ. dōm ꝙ malū pene duplr pōt ordinari. Uno mō ad ma- 14
lum culpe quod puniēdo ordinat. Alio mō in cōparatione ad bonū qō deelicit ex illa ꝑna. Dico igit ꝙ si aliqua pena infli gaf cuius ordinatio principalr ꝓsistat in cōparatione ad ma lum culpe puniendū. necesse est aliquā culpā ꝑcessisse. nec tñ ꝑcessisse. sz etiā aliquo mō cōcomitari inseparabilr. Pena eīs ordinata ad puniendū culpā. Aut est directe ordinata ad solū puniendum. aut est ordinata principaliter ad malum excludē dum. Primo mō est pena infernalis. ꝛ scōo modo est pena pur gatoria. Et primo mō requirit pena presentiam culpe ꝑm des formitatē ꝛ maculā. Secūdo modo requirit culpe p̄sentiā ꝑm reatum ꝛ sequelā. Si autē pena infligatur principaliter ꝓpter ordinē quē habet ad bonū qō inde elicitur aut ergo pp bonuz ꝓprium. aut pp bonum alienum. Si ꝓpter bonū ꝓprium sic re quirit ꝙ in subiecto illo aliq̄n fuerit culpa. ꝛ ꝙ possit cē de fu turo. Si aūt ꝓpter bonū alienū. sic sufficit. pena vt fuerit cul pa in alio q̄ in eo q̄ punif. in eo videlz p quo pena illa sustine tur. p quē modū fuit in xp̄o. cui⁹ mors et passio erat ordinata ad redimendū gen⁹ humanū. ꝛ liberandū ꝛ reparādū a lapsu in quē ceciderat ex pctō primi parētis. Et sic patz ꝙ ois pena aliquo mō respicit culpā. sed quedā vt p̄sentez in se. vtpote pe na infernalis. quedā vt ꝑteritā in se: sz p̄sentē in reatu ꝛ sequela. sicut pena purgatoria. Quedā vō solū vt ꝑteritā ꝛ hoc in eo q̄ punitur. ꝛ sic est ois pena iustoz xp̄o excepto. Quedā vō respi cit culpā nō in se: sz in alio. sicut ptz in xp̄o. Cum ergo querif. vtrū ois pena sit causata a culpa. Dicendū est ꝙ intelligatur de causa meritoria de cōdigno. sic nō habet veritatem. si autē intelligatur de causa sine qua nō. sic aliquo modo veritatē ha bet. Nulla eīs esset pena in hoīe nisi ꝑcessisset culpa. Et per hoc patet rñsio ad questionem ꝓpositam qua sz queritur vtrū pena possit esse in aliquo sine culpa p̄cedente sine q̄ ꝙrīf vtrū pena possit separari a culpa. Concedendum est eīs ꝙ sic ꝓp pter ordinationē quā bz ad bonum posteri⁹ qō ex ea elicitur.
¶ Ad illud ergo qō obz de Hieroſi. Dicendū ꝙ Hiero. nō ac- 15
cipit ibi mereri ꝓ merito ꝓdigni. sz potius ꝓ merito ꝓgrui. qō quidē est sicut dispositio ꝓambula. Et verū ē sicut dictū est ꝙ nisi fuisset in nobis pctm originale in nobis non esset ꝓtracta penalitas vñ esset afflictio aliqua pene. ꝛ ꝙ i xp̄o fuit. hoc fuit 16
solūmodo ꝙ volūtarie. ¶ Ad illud qō obz de Grego. dicendum ꝙ facienda est vis in hoc quod dicit nulla nocebit aduersitas nam aduersitas que infligitur homini exigēte merito ꝓceden tis peccati. nō est ad eius nocumentū: sed potius ad eius pfe ctum. Iuxta illud aplr. Diligentibus deum omnia coo. in bo. 17
¶ Ad illud quod obīcit ꝙ mors est a deo vindicanter ita alie pene. Dōm ꝙ in ope iusticie se multū immiscet opus misericor die. Et ideo q̄us ꝓma dispositio ad penā fuerit vindicta. mul te tñ pene ꝓsequunf ad illā dispositionē. que potius sunt bene ficia diuine misericordie ꝛ diuine visitationis q̄ sint instrumē tum ire. Cum ergo dr. ꝙ mors est a deo vindicante. hoc intelli gitur de ipa necessitate moriēdi. sed ex hoc nō sequitur ꝙ om nis alia pena sit a dei vindicta. immo sicut tactū est potest esse a dei misericordia. que erudit ꝛ flagellat omnem filium quem 18
recipit. Sic eīs competit p̄senti statui. ¶ Ad illud quod obī citur ꝙ pena ordinatur ad culpā sicut econuerso. Dicēdum ꝙ non est simile. Pena eīs habet ordinari sicut dictum est dupli citer. nō solum ad prius: sed etiā ad posterius. Peccatum au tem ꝑm ꝙ hmōi ordinari bz solū ad posterius videlz ad penā ꝛ ideo culpa semp dicit inordinationē. nisi p̄sentialr assit pena pena vō propter ordinationem ad posterius bonum. ordina ta ꝛ vtilis esse potest. etiam si nulla sit culpa in eo qui punitur illius pene meritoria. Illud eīs malum recompensatur p mal⁹ bonum quod inde elicitur. sicut ptz in ceco nato. et in Job et in Lazaro. ꝛ in quolibet viro iusto. Quot autem bona inde eli 19
ciantur inuenietur in. iij. distin. xv. ¶ Ad illud quod vltimo obīcitur iam patet responsio. quia ꝛ si punitio sit a diuina iu sticia. nihilominus tamē plerūq; est a diuina misericordia. Si

cut enim

cut esſi vult Aug. in quodã sermone quẽ facit de flagellatione pharaonis. cũ de⁹ immittebat pharaoni flagella impendebat mie bñficia. q⁹ cor eius ad psuersionẽ excitabat. cũ vo subtrahebat. hoc erat ex rigore iusticie. que ppter ipsius pharaonis peccata dũ illa flagella subtrahebat. ipsum obdurari sinebat ⁊ pro tanto scriptura dicit q cor eius indurabat.

Consequenter querit de cõparatione pene ad diuine iusticie equitatẽ. Et circa hoc querunt duo. Primo q̃ritur vtrũ aliqua pena sit a deo. Scõo dato q sic queritur vtrũ ois pena sit ab ipso.

Questio. j Utrum aliqua pena sit a deo. Et q non videt. Sapien. j. Deus mortem non fecit. ergo si mors inter omnes penas est maxime manifestatiua diuine iusticie. ⁊ hec nõ est a deo. videtur igitur q nulla alia pena sit ab ipso. ¶ Item Aug. super illum locum psal. Deduc me dñe in iusticia tua. cum punit malos deus. non solum malũ eis infert. sed ꝫ suis malis eos relinquit. ergo videtur q nulla pena fm id quod est a deo fit. ¶ Item pena est malũ repugnans nature: sed pditor nature nihil facit ꝓtra naturã. sicut vult Aug. igitur videtur q nulla pena sit a deo. ¶ Itẽ omnis pena inducit priuationẽ alicuius boni. ⁊ priuatio boni dicit boni defectum. defectus aũt non habet causam efficientez sed deficiẽtem. si ergo deus nullius est causa deficiẽs. nullus defectus potest esse ab eo ergo nec pena aliqua. ¶ Item sicut malũ culpe priuat bonã dispositionẽ voluntatis. sic malum pene priuat bonam dispositionẽ nature. sed ita est a deo natura sicut voluntas ⁊ ita conseruatio nature sicut cõseruatio volũtatis. si g̃ mala dispositio volũtatis nõ est a deo. pari rõne nec mala dispositio nature: g̃ sicut nõ est a deo culpa. ita non est a deo pena. ¶ Item sicut in deo est summa bonitas q̃tum ad rectitudinẽ volũtatis que est iusticia. sic in deo est summa bonitas quãtum ad completionẽ ⁊ pfectionem nature sed deus q⁹ summe bonus est ⁊ summe iustus. non põt facere aliquod malum. siue aliquã, in iusticiã siue pctm̃. ergo pari rõne cũ sit bonus summe per naturaz. non poterat ab eo egredi malũ qõ sit in nocumentũ nature. igit sicut ab ipso nõ erit malum culpe. sic nec malũ pene. ¶ Sed ꝓtra. Esa. xlv. Ego dñs formãs lucem ⁊ creans tenebras. faciens pacẽ ⁊ creans malum. sed hoc nõ intelligit de malo culpe. ergo necesse est q̃ habeat veritatẽ de aliquo malo pene. ¶ Item exp̃ssius Deute. xxxij. Ego occidam ⁊ ego viuere faciã. percutiã ⁊ ego sanabo. sed occisio ⁊ pcussio est pena. ergo ⁊c. ¶ Itẽ adhuc magis exp̃sse Eccliasti. xj. Bona ⁊ mala. vita ⁊ mors. pauptas ⁊ honestas. a deo sunt sed hmõi sunt pene. g̃ ⁊c. ¶ Item adhuc expressi⁹ de nouo testa. Matth. xxv. Ite maledicti in ignem eternũ. sed ab illo pncipaliter est pena qui dictat sniam sed hic est deus. ergo ⁊c.

¶ Item Augu. in lib. de arbi. Deus est autor mali quod patimur: sed hoc est malũ pene vt ibidẽ dicit. ergo aliqua pena est a deo. ¶ Item sicut actus diuine mie est pcere. ita actus diuine iusticie est punire. ergo sicut pctĩ remissio ⁊ indulgentia est a diuina mia. ita peccati punitio est a diuina iusticia. ergo ali
30 qua pena est a deo tanq̃ a causa. ¶ Rñ. dicendũ q pena plus dicit q̃ malũ. Malũ esſi plus importat absentiã siue defectuz boni. vbi dz esse. Pena vo importat ordinem ad ipm merituz culpe. ⁊ simul cũ hoc dispositionez aliquã significat circa ipm punibile. Qñ igitur tam ordo q̃ dispositio rei dr esse a deo sicut a pncipio. hinc est q rõnabiliꝛ pcedit q pena sit a deo illa potissime que importat ordinẽ fundatũ sup realẽ dispositionẽ Et qñ dicit aliquo mõ ordinẽ ad culpã pcedentẽ. ⁊ culpa pcedens nõ est ex pstitutione nature sed poti⁹ ex volũtatis inordinatione. hinc est q ⁊ si pena dicaꝭ a deo. nõ tm̃ dr a deo faciente sed a deo vindicãte. Concedẽdum est ergo aliquas penas a deo esse. sicut ostendunt rõnes ad hoc inducte p eo q alique pene sunt dispositiones ipsius punibilis. ⁊ dispositiones nõ qua
31 lescũq. sed ordinate fm rigorẽ diuine iusticie. ¶ Ad illud qõ obi⁹ in ctrariũ q deus mortẽ nõ fecit. iam pz rñsio. q⁹ nõ negatur q mors nõ sit a deo vindicãte: sed q⁹ nõ fuit a deo naturam instituente. ideo deus eã inflixit q⁹ homo eam meruit me
32 rito culpe. ¶ Ad illud vo quod obijcit q deus cũ punit malos nõ infert eis malũ. Dicendũ q Aug. nõ vult ibi negare penã inferri a deo sz hoc vult ibi negare q defect⁹ ille q̃ claudit in intellectu pene. nõ causet a deo. Unde nõ dicit nõ infert penã sed nõ infert malum. malum esſi dicit ipsum defectum sicut di
33 etum est. pena aũt nõ tm̃ dicit boni defectionẽ: sz etiã dicit pnibilis dispositionẽ. ¶ Ad illud qõ obi⁹ q conditor nature nihil facit ꝓtra naturã. Dicẽdum q si natura dicatur naturalis creature obedientia vel naturale iudicatoriũ fm q hõ est habilis ad iusticiã. q⁹ vtrũq; bene dicit immediatã ordinationẽ ad deũ. sic deus nõ facit ꝓtra naturã. sicut nec facit ꝓtra seipsum. Alio mõ natura dr vis operans fm solitũ cursuz etiã quodcũq; bonũ qõ ipsi est creature ex sua origine. ⁊ hoc mõ deus facit ꝓtra naturã. siue p supplicia vindicantis iusticie. ⁊ sic non facit simplr contra naturam. imo potius fm naturã. cuius operatio subiacet diuine potẽtie. ⁊ ordinatio subiacet diuine iusticie. Et cũ de⁹ vtik creatura siue ad manifestationẽ diuine potentie. siue ad manifestationẽ diuine iusticie. vtitur ea put dz.
34 ¶ Ad illud qõ obijcik q pena dicit priuationẽ ⁊ defectũ. Dicendũ q generalr loquendo pena nõ dicit solum defectũ. immo quedã pena est q̃ dicit veram passionem circa ipm punibile. Unde sicut actio ignis eterni qua agit in aiam aliquid est. sic ⁊ passio quã patik aia ab igne aliquid est. Et iterũ aliq̃d ordinatũ est. ⁊ ita a deo est a quo ẽ omnis essentia ⁊ ois ordo. Et ppter hoc deficit illa ratio. q⁹ non ois pena dicit defectum purũ.
35 ¶ Ad illud qõ obi⁹ q malum pene priuat bonam dispositionẽ nature. sicut malũ culpe dispositionem voluntatis. Dicendũ q non est simile. q⁹ malum culpe priuat inordinate ⁊ vituperabiliter. malũ vo pene fm q hmõi priuat ordinate ⁊ laudabiliꝛ. Et q⁹ qõ laudabile est. deo attribuendũ est. quod vo vituperabiliter non. hinc est q recte aliq̃ malũ pene deo attribuik. malũ vo culpe nõ. sicut infra melius videbik. Et per hoc pz responsio ad vltimũ qõ obijcit de perfectione bonitatis quãtum ad volũtatem ⁊ naturam dei. Lõcedo esſi bñ q vtriusq; est summa pfectio. q⁹ vna ⁊ eadẽ. Idẽ esſi est in eo natura ⁊ volũtas. cõparatio tm̃ diuine voluntatis ad culpã ⁊ penã. siue ecõuerso pene ⁊ culpe ad diuinã volũtatem differẽs est. q⁹ culpa ppter sui deordinationem. deordinationẽ ponit circa peccantẽ. Pena vo nõ deordinationẽ connotat circa punientem ⁊ ordinantem.

Questio. ij Utrũ ois pena sit a deo. Et q sic videtur ad Ro. xij. Mihi vindictam ⁊ ego retri. ergo vindicta ppie cõpetit ipsi deo. sed ois punitio vindicta quedã est. ergo ois pena ⁊ punitio est a deo. ¶ Itẽ Augu. dicit. ⁊ dr in littera. Omnis pena si peccati pena est. iusta est ⁊ supplicii noiatur. sz oe qõ iustũ est a deo est. g̃ ois pena a deo ẽ. ¶ Itẽ Ro. j. Tradidit illos de⁹ in passiones ignominie glo. pauloante. Deserit de⁹ nõ apponẽdo gratiã. vel appositã subtrabẽdo. si igit nulla pena magis caret rõne boni ⁊ pulchri q̃ subtractio gre ⁊ passio ignominie. ⁊ hmõi pene sunt a deo sicut pz ex textu ⁊ ex glosa. ergo ⁊ ois pena. ¶ Itẽ nulla pena est acerbior q̃ pena infernalis nulla pena habet plus de rõne priuatiois et defectus q̃ pena mortis. sz vtraq; istaz est a deo ergo ⁊ ois alia pena. ¶ Itez subtractio gratie directe opponitur collationi gre. sed gratiã dare hoc maxime placet diuine bonitati. ergo inter oes penas minime est hec pena a deo autore. sed hec est a deo autore. ergo ⁊ ois alia. Probatio minoris. In subtractione gratie est gratie adnihilatio ⁊ quedã dei de habitaculo cordis expulsio. sed opatio adnihilationis soli deo est possibilis. sicut dicit Hug. cũ sit infinita distãtia inter extrema. ⁊ pterea nihil potest deũ ejicere. ergo videt q talis subtractio gre nõ possit esse nisi a deo tanq̃ ab autore. ¶ Itez ofie illud qõ ordinat inordinatũ. ⁊ restituit bonorẽ deo sublatum est a summo ordinatore ⁊ bonoris pprij zelatore. sed ois pena fm q hmõi est ordinatiua culpe. in omni etiã punitione bonor redditur deo cui subtractus est per culpã. ergo omnis pena fm id qõ est procedit a diuina iusticia. ¶ Sed contra. Excecatio est quedã pena: sed excecatio non est a deo. sed ex propria malicia. sicut dicitur Bañ. ij. Excecauit illos malicia eor. ergo nõ est omnis pena a deo. Q⁹ aũt excecatio non sit a deo. apparet tam ex textu q̃ ex verbis. Augu. qui dicit super illud Joban. j. Lux in tenebris lucet. ibi dicit q quomodo ceco presens est lux corporalis ⁊ ipse nõ est presens lumini. sic intelligendum est in luce spirituali. ⁊ hoc ipse textus innuit.

¶ Itẽ amissio siue expoliatio gratuitor est q̃daz pena. sz hec non est a deo. immo potius a diabolo. fm q dicitur Luc. x. de homine descendente a hierusalẽ in hiericho qui a latronib⁹ fuit vulneratus ⁊ spoliatus. ergo nõ omnis pena est a deo. Quod

asit expoliatio gratuitor nō sit a deo apparet per hoc q̄ dicit Ansel. q̄ homo nō hz gratiā non q̄ deus nō dat, sed quia ipse non recipit. ¶ Item imaginis deformatio est quedā pena sed deus imaginē suā nullo mō deformat. immo indignatur ꝓtra deformantē. ergo nō ois pena est a deo. Quod autē imaginis deformatio non fit a deo apparet. qm̄ imaginē dei deformare est cōtumeliam deo inferre. sed deus nunq̄ facit sibi cōtumeliam: ergo nunq̄ deus deformat imaginem suā. ¶ Item si nullus purus defectus est a deo ⁊ aliq̄ pena est purus defectus. ergo aliqua pena nō est a deo. Maior manifesta est p se. q̄ defectus nō hz causam efficiētem sed deficientē. sz deus nullius est causa deficiēs. Minor ꝓbat. q̄ ignorātia nihil aliud est q̄ spūalis tenebra. ergo est priuatio pura. ⁊ ignorātia est pena. g̃ ⁊c. ¶ Itē nullū viciū est a deo. aliqua pena est vicium. vtpote malicia ⁊ ꝓcupiscētia. ergo aliqua pena est que non est a deo. Maior ⁊ minor per se sunt manifeste. ¶ Itē nullus pctm̄ est a deo. sed aliq̄ peccatū est pena. sicut ostensum est supra. ⁊ manifeste apparet in illa deformitate que remanet in aīa post culpam perpetratā ergo aliqua pena est q̄ nō est a deo. ¶ Rn̄. ad
36 predictor intelligentiā notandū est q̄ pena de sui generali acceptione dicit nocumentū ordinatū. nocumentū autē comparationē hz ⁊ ad ipsum nociuū. ⁊ ad illud quod patit nocumentum. ⁊ ad illud fm cuius priuationē nocumentū illud attēdit. Et fm istā triplicē cōparationē nomen pene hz triplicē acceptionem. Unde dr pena aliquādo actio rei ledentis. fm q̄ adustio ignis infernalis dr esse pena reproborꝫ. Dicitur etiā pena passio rei lese siue punite. fm dr q̄ afflictio reproborꝫ ē eorꝫ pene eterna. Dicitur etiā defectus alicuius boni in quē incurrit ex illa passione. sicut defectus quietis. salutis ⁊ pacis. est pena reproborꝫ. Quocūq̄ aūt istorꝫ modorꝫ dicatur pena siue actio. siue passio. siue defectus. semp nomen pene vt sic impositum est ab ordine. ⁊ qō dicit nominat vt ordinatū. Et qm̄ oīe ordinatū vt tale ꝓcedit a deo a quo est ois ordo. quocūq̄ modo dicatur pena. ⁊ quicq̄d dr pena inq̄tum pena a deo ē. ⁊ qm̄ oīe ordinatū a deo ē. a deo em̄ habet q̄ sit ordinatū ⁊ deo placet omnis ordo. ⁊ idem est fieri deo autore ⁊ deo volente. Si aūt loquamur de pena fm illud quod subest huic ordini a quo imponit nomen pene. tunc dicēdum est q̄ si pena dicat defectus siue carentia alicuius boni. sic dicendū est q̄ talis defectus nō est a deo. non em̄ habet causam efficiētem sed deficiē-
37 tem. nec pena que talem defectum nominat est a deo. ¶ Si autem pena dicatur ipsa passio rei punite q̄ est via ad defectum alicuius boni. tūc distinguēdū est: q̄ quedā est passio que est ordinata. quedā vo que cuius sit ordinata fm quid. est tm̄ deordinata simplr. quedam vo medio mō se habens. Passio illa q̄ est ordinata simpliciter est illa passio que est pure penalis. sicut passio famis ⁊ sitis. ⁊ talis passio a deo ē. vnde fames ⁊ sitis a deo dr esse. Passio vo que est deordinata simplr. sed ordinata fm quid est illa que est culpabilis sicut ē deformatio imaginis ⁊ corruptio habilitatis ad bonū. ⁊ talis nō est concedēda esse a deo. Passio vo media est illa que est passio viciosa. vtpote illa que est ex rebellione carnis ad spm̄. que quodāmodo ordinata est ad culpaz ꝓcedentem. quodammō deordinata est. quia ē inclinatiua ad culpam sequentem. ⁊ hec non concedit esse a deo. Et magister dixit supra distin. xxij. q̄ fomes ⁊ ꝓcupiscentia nō habent deū autorē: sed diabolum aut hominem. Et sic distinctū est de pena ꝑ hoc dicit actio rei punitiue. ¶ Ex p̄dictis igit pt̄z qō ⁊ si ois pena sit a deo inq̄tum tenet
38 rōnem pene. nō oīe tamen quod dicit pena a deo est. immo q̄dam est a deo. quedā non. Illa est a deo que dicit positionem aliquā. ita q̄ nō noiat deordinationē. ⁊ hec est simpliciter pena. Illa vo nō est ꝓcedenda esse a deo que nominat simplr defectum. vel q̄ nominat positionē aliquā cū deordinatione. Un nec cōcedit a deo esse excecatio. nec obduratio. nec imaginis deformatio. nec gr̃ie subtractio siue expoliatio. nec error. nec ignorātia. nec ꝓcupiscentia. nec his cōsimilia. oia em̄ hec vel dicūt defectū vel deordinationē aliquā. Concedende sunt igitur rōnes oīdentes q̄ non ois pena est a deo. ¶ Ad illud qō
39 obiicitur q̄ ois vindicta est a deo. ⁊ similr ad sequens quo dicitur q̄ ois pena iusta est. dicēdum q̄ ille due rationes non cōcludūt nisi q̄ pena sit a deo sub ratione pene. sic em̄ aliquid dicit quod respicit ordinem qui attendit fm vltionem diuine iusticie. de eo aūt quod subest non oportet illud intelligi q̄ sit a deo. Nam crimina criminibus vindicant fm q̄ sancti dicunt ⁊ supra ostensum fuit. ¶ Ad illud qō obiicit q̄ passio ignominie et subtractio gratie est a deo. Dom̄ q̄ proprie loquēdo neutrum 40
deo esse cōceditur nisi permissiue. fm q̄ deus dr obdurare. q̄ ipso nō apponente gratiā homo obduratur. sicut etiā deus dicitur tradere in desideria cordis. Unde glo. dicit ibidez. Tradere est pmittere ⁊ nō incitare: sed dimittere. p̄cedentibus q̄p culpaz cautis iure ⁊ merito, deserūtur a deo ⁊ per hoc q̄ deseruntur. desideriis traduntr. Similr q̄ dr deus gratiā subtrahere. hoc nō est q̄ auferat gratiā datā. sed q̄ homine se auertente. deus eam nō continuat. ¶ Ad illud quod obiicitur de 41
pena, mortis ⁊ eterne dānationis. Dicendum q̄ vtraq̄ a deo ē vtraq̄ em̄ positionē aliquam vel dispositionē nominat sine deordinatione aliqua. Et si obiciatur q̄ pena infernalis ē acerbissima. dicendū q̄ acerbitas nō impedit quin pena sit a deo sed potius deordinatior defectus. Et si obiciat q̄ mors dicit defectum. Dicēdum q̄ mors nō tm̄ dicit defectum immo dicit passionem ⁊ pgressum ab esse in nō esse. qui quidē est per aie ⁊ corporis separationē. vbi est dolor ⁊ afflictio. ⁊ hz defectus sequatur ad illam passionē. mors tamen nō nominat purū defectum. sed potius passionē ⁊ tranſitum illum. ⁊ ideo cōceditur mors esse a deo. q̄uis nō ꝓcedat de aliis penis quaz nomina imponunt ab ipso defectu. ¶ Ad illud quod obiicit q̄ subtra 42
ctio gratie est a deo. Dicendum q̄ falsum est ꝓprie loquendo. nisi dicatur pmissiue vt dictum est. Quod vo obiicitur q̄ ibi ē annihilatio ⁊ dei expulsio. Dicendum q̄ deum expelli non est aliud q̄ gratiam dei repelli. Gratiam aūt dei repelli nō est aliud q̄ gratiā corrūpi. p eo q̄ ipsa cum sit accidens nō habet saluari nisi in substātia rationali. ¶ Gratia aūt corrumpitur 43
adnihilatur nō per actionem contrarij agentis. sed ꝓpter defectum in seipsa. Deficit aūt in seipsa ꝓpter hoc q̄ subiectum deficit sibi. Alia em̄ nō est nata esse subiectū gratie nisi p̄uersionem sui ad deū. Et ideo cū se a deo auertit. tam gratia gratumfaciens in ea nō potest saluari. ⁊ ideo in seipsa deficit.
¶ Quod ergo obiicitur q̄ nihil pōt gratiā adnihilare ⁊ deuz de habitaculo suo ejecre. Dicēdum q̄ illa ratio ꝓcedit ac si ta 44
lis adnihilatio vel abiectio fieret p̄ virtutem alicuius agētis hoc aūt nō fit. immo fit ꝓpter ineptitudinem suscipiētis sicut visum est. ¶ Ad illud quod obiicit q̄ oīe ordinatum et quod 45
reddit bonorem deo est a deo. Dicendum q̄ hoc verum est inquātum tale. Sed cum assumit q̄ omnis pena est huiusmodi. verū est inquātum pena. ⁊ tunc cōclusio vera est. videlz q̄ omnis pena inq̄tum pena a deo est. sed si ex hoc arguatur vlteri' q̄ omne illud qō dicitur pena est a deo. vtpote culpa vel viciū vel defectus. fiet sophisma fm accidens. q̄ sunt quedam que deo attribuūtur potius sonant in cōtumeliam q̄ in gloriam. Et propterea si alicubi vnq̄ inueniatur q̄ concupiscētia vel ignorantia vel cetera similia a deo fint. exponenda sunt verba. vel dicta sunt esse a deo: quia sunt permissiue. vel quia dicūtur esse a deo inquātum sunt pene. vel dicuntur esse a deo fm q̄ cōcernunt aliquod ens. non fm illud a quo primo et principaliter imponuntur.

Distinctio. xxxvij.

Utrum actio substrata. id est in qua peccatum committitur sit a deo ⁊c.

Sunt aūt ⁊ alij plurimi longe aliter de peccato ⁊c. Supra ostēdit magister quomō peccatum sit peccati pena. ad declarādum qualiter peccatum est priuatio. In hac parte intendit magr̃ inquirere. vtrum actio in qua pctm̄ cōmittit sit a deo. ꝓpter hoc qō supra dictū fuit q̄ peccatū est actus. Et qm̄ supra prosecutus fuit opinionē illoz qui dicunt actionē substratam malicie esse a deo. hic scdo prosequitur aliam opinionē qua quidam ponebant nec maliciam nec actionē malam esse a deo. Diuidit aūt pars ista in duas partes. In quaz prima ponit predictam opinionez. In scda vo opponit ꝓtra opinionē partis aduerse. ibi. In hoc aūt vbo superioꝛsentētie ⁊c. Prima pars hz tres partes. In prima explicat magr̃ illam opinionē. In secūda vo subiungit eius defensionem. ibi. Illa quoq̄ Augustin' verba quibus dicit ⁊c. In tertia vero ex predictis elicit quandam ꝓclusionem. ibi. Ex quo colligitur res aliquas ⁊c. Similiter secunda pars principalis habet tres partes. In prima parte opponit contra aduersam opinionem. In secunda vero loco

loco determinationis ponit quandam cõmonitionem ad auditoris eruditionem. ibi. Intendãt diligẽter bis verbis ⁊c. In tertia vero remouet quãdam dubitationem. ibi. Cum igituromnes catholici tractatores in hoc cõsentiant ⁊c.

Distin. xxxvij.

a ¶ Opera diaboli que vicia dicũtur actus sunt. non res. ¶ Sed contra. Fulgentius dicit ⁊ habetur in glosa super Roma. j. Deus illius rei est vltor cuius non est actor. ergo si deus est vltor peccati: peccatum est res. Itez videtur ꝙ contraria implicentur in illo verbo. Omne ens est aliqua res. sed vitium est actus sicut ipse dicit. ⁊ actus est quedam differentia entis. ergo idem est dicere vitia esse actus ⁊ nõ res quod affirmare inferius ⁊ negare superius de eodem qõ est impossibile. ¶ Item ipse Augustinus videtur sibi contradicere cum dicit in enchi. ꝙ alique sunt res quibus homines mali sunt. ⁊ tales nõ sunt nisi vitia ⁊ peccata. ergo vitia sunt res.

Q⁹ nec mala vo luntas nec mas us act⁹ int bo na. nec int ex oco.

Quare peccatũ nihil eẽ dicitur.

¶ Respon. dicendum ꝙ res accipitur cõmuniter ⁊ ꝓprie ⁊ magis ꝓprie. Res ſm ꝙ cõmuniter dicitur. dicitur a reor: reris ⁊ sic comprehendit omne illud quod cadit in cognitione siue sit res exterius siue in sola opinione. ꝓprie vero dicitur res a ratus rata ratum. ſm ꝙ ratum dicit esse illud quod non tñmodo est in cognitione. immo est in rerum natura siue sit ens in se. siue in alio. ⁊ hoc mõ rescõuertitur cuz ente. Tertio modo dicitur res magis proprie ſm ꝙ dicitur a ratus rata ratum. prout ratum dicit illud quod est ens per se et firum. et sic res dicitur solum de creaturis ⁊ substantijs per se entibus. Si igitur res accipitur primo modo. peccatũ est res ⁊ quãtum ad actionez substratã. ⁊ quãtum ad deformitatẽ. ⁊ sic accipit Fulgenti⁹. Si vo res dicatur secundo mõ. sic peccatũ dicitur res nõ rõne deformitatis: sed ratione actus substrati ⁊ sic accipit Augusti. in enchi. Tertio modo accipiendo

1

¶ Explicat alioz⁹ opinionẽ q̃ dicunt malos act⁹ nullo mõ eẽ a deo nec eẽ bonos. siue in eo ꝙ sunt. siue alio mõ.

a

Sunt autem ⁊ alij plurimi lõge aliter de peccato et de actu sentientes. Asserũt enim voluntarẽ malã ⁊ actũ malum pctã esse. ⁊ nulla rõne bona nec ſm aliquã rõnẽ ex deo autore esse. q⁹ sine deo fiunt. Sine eo nãq; (vt ait euãgelista) factũ est nihil. i. pctm. Nõ dz esse nihil nõ q⁹ nõ sit actio vel volũtas mala q̃ aliquid ẽ. sed q⁹ a vero esse separat homines. ⁊ ad malũ trahit. et sic ad nõ esse deducit. Qui enim a summi boni ꝓticipatiõe recedunt: qõ solũ vere ac ꝓprie est merito nõ eẽ dicunt. Ideoq; Augu. dicit sup Johannem. pctm nihil esse. nihilq; fieri cũ peccãt hoies. Hac ergo rõne astruũt pctm nihil esse q⁹ a vero esse hoiem elongat. Volũtatẽq; malã atq; actionẽ siue locutionẽ malã. pctm eẽ dicũt q⁹ ꝓuaricatio ⁊ inobedientia hec sunt. ⁊ ꝺ legẽ dei fiũt. que tñ sunt. sed ab hoie vel diabolo nõ a deo. Nullatenus enim hec a deo esse dicũt siue inquãtum sunt siue alio modo.

¶ Ponit opionis ꝓdicte defensionẽ q̃lr. ſ. determinãtẽ verba Aug. ꝓmissa q̃bus ait.

b

¶ Oẽ qõ est inq̃tũ ẽ. bonã ẽ Illa quoq; Aug. verba quib⁹ dicit. omne quod est inquãtuz est bonum esse. ⁊ deum habere autorem. de naturis siue de substantijs tñ accipienda fore tradunt. Substantie vero noie atq; nature. dicunt significari substantias ipsas. et ea que naturaliter habent. ſ. que cõ creata sũt eis sicut aĩa naturaliter habet intellectũ ⁊ ingeniũ ⁊ volũtatem et hmõi qõ ex verbis Aug. premissis colligitur vbi bonũ hoiem appellat bonã naturã. ⁊ malum hominem malam naturã. Secundum hanc ergo assertionẽ vel acceptionem mali actus non sunt nature vel substantie nec etiã boni act⁹. qõ vtiq; videt Aug. ſmuere in libro retractationũ distinguẽs inter substãtias siue naturas. ⁊ bonas actiões siue malas. Aperiẽs enim quomõ intelligendum sit. quidam in libro de vera religio. ab eo traditũ ait. Hoc de substãtijs atq; naturis dictuz est. Inde enim disputabat. non de bonis actionibus atq; peccatis. Aperte hic videt diuidere inter naturas siue substãtias. ⁊ actiones siue peccata. Ideoq; asserunt ꝓfati doctores. actiões interiores vel exteriores non esse naturas vel substãtias q̃ si male sunt. pctã sunt. neq; a deo sunt. Q⁹ vo mali actus nõ sint nature. Augu. videt notare in ꝓma rsione ꝺ otra pelagianos ita dicẽs

a ¶ Opera diaboli que vitia dicũtur actus sunt nõ res. Idez in quarta rsione. Omne malum natura nõ est: sz actus accidẽs alicui ex defectu boni.

b ¶ Quãobrẽ qõ natura non est deus nõ fecit. q⁹ natura ẽ omne quod fecit. Itez omne quod natura bonum est. deus ex nihilo fecit. non diabolus.

¶ Ex ꝓdictis elicit quãdã ꝯclusionẽ. ſ. ꝙ ſm illos res aliq̃ que sunt q̃ a deo nõ sunt q̃b⁹ hoies mali sunt.

c

¶ Ex quo colligit res aliqs eẽ q̃ a deo nõ sunt. eisq; hoies mali sunt. ¶ Nõ nihilominus ⁊ ipsi ꝯcedunt inmitẽtes verbis Aug. supius positis. q̃ in enchi. determinãs illa vba ꝓphete. Ve his q̃ dicũt bonuz malum. dicit de ipsis reb⁹ quibus hoies mali sunt nõ de hominibus hoc esse intelligẽdũ. Sunt ergo alique res q̃bus hoies mali sunt. Id autẽ quo hõ fit deterior. a deo non est. q⁹ vt ait Augu. in lib. lxxxiij. qõnum deo autore non fit hõ deterior. Nõ est ergo de⁹ autor rerũ q̃bus homo deterior fit. At sunt alique res vt dictum est q̃bus hoies mali fiũt sunt ergo alique res q̃ a deo non sunt. quia pctã ipse sunt. Ideoq; scriptura in plurib⁹ contestatur locis deũ non esse autorem malorz id est eorzque peccata sunt.

¶ Opponit ꝺ aduersam boc nomen res. sic peccatum nec est res rõe deformitatis. nec rõne act⁹ substrati. ⁊ sic accipit Augu. in verbo ꝓposito cum dicit ꝙ opera diaboli vitia sunt non res. Et per hoc patet responsio ad totum.

b ¶ Quod natura nõ est deus nõ fecit ⁊c. Videtur hoc esse falsum. quia multa sunt que fiũt ꝓter naturam ⁊ tamen constat ꝙ a deo sunt. sicut multa accidentia que inducuntur per acquisitionẽ et ꝙ violentiam. ⁊ etiam per gratiam ⁊ per miraculũ. Itẽ omne quod est natura aliqua. vel est substãtia. vel ꝓprietas ei naturaliter inherens: sed multa sunt que nec naturalr insunt. nec per se sunt. ergo non videtur esse verum illud quod dicitur ꝙ deus non fecit illud qõ natura non est. ¶ Respon. dicendum ꝙ sicut hoc nomen res tripliciter accipitur. ita hoc nomen natura vno modo dicitur natura resque naturaliter est: vel ꝓprietas que naturaliter inest Secundo modo dicit natura largius nõ solũ res p se ens vel ꝓprietas naturaliter inherens sz etiã omne quod conseruat naturam. vel quod saltẽ aliquo bono non priuat. et istos duos modos ponit magister i littera. Tertio mõ dicitur natura largissime omne ens qõ est i aliqua re materiali. siue sit naturaliter inherens siue non siue sit saluatiuũ siue non. Cum ergo dicit Augustinus ꝙ natura est omne quod deus fecit potest accipi natura tribus modis. ſm ꝙ facere dei accipitur tripliciter. ¶ Uno enim modo facere dicitur deus creando. Secũdo modo concreando. Tertio modo cooperando. et ita ſm ꝙ extenditur verbum faciendi extenditur nomen nature. sicut facere dicitur deus actionem substratam peccato cooperãdo libero arbitrio. sic etiam nomen nature se extẽdit ad illam actionem. Et sicut facere dei nunq; se extendit ad deformitatem. sic nec natura. Et ideo ex hac auctoritate nõ potest haberi ꝙ actio substrata deformitati non sit a deo.

Esa. v.

2

3

e ¶Quid ergo mirum si deus dicit non esse actor eorū inquātum nihil sunt cū nihili nullus actor existere queat. videtur efficaciter arguere. Cum cū peccatū aliquo modo habeat actorem ⁊ non possit habere fm q̄ nihil. habet ergo fm q̄ aliquid est. si igit nullo modo habeat deum actorem: videtur q̄ peccatum inquantum actus est a deo non sit.

4 ¶Respon. dicendum est ad hoc q̄ istud argumentum deficit. q: aliter peccatum est nihil. aliter illud quod nullo modo est peccatum enim formaliter nihil est. nihilominus tamen circa aliquid est. ⁊ alicuius boni p̄uatio est ⁊ quāuis illud quod nullo modo est. non possit habere actorem. tamen illō q̄ dicat defectū circa ens potest habere actorem. non inquā actorem efficientem. sed deficientem Et sic ptz q̄ ratio illa nō recte p:cedit.

*Psal. 18 viij.

d ¶Iniq̄tas quippe ipsa non est substantia.

¶Contra. Aut enim substantia dicit p:prie aut dicitur cōmuniter. Si dicitur p:prie. etiaz nec iustitia est substantia. Si dicitur communiter ergo omne quod habet aliquā essentiam dicitur substantia: sz habitus malus habet aliquam essentiam inquātum habitus. ergo videtur q̄ malus habitus: 5 | vt luxuria] debeat laudare deum. ¶Respond. dicendum q̄ sicut nomen nature multipliciter accipitur. ita ⁊ nomen substātie. P:eter eni illos quatuor modos quos dicit philosophus q̄ substantia dicitur materia ⁊ forma. compositum ⁊ essentia vniuscuiusq̄ potest aliter distingui substantia iuxta verbum beati Augusti. Uno modo vt dicatur res permanens ⁊ per se stans. Alio modo vt dicatur res permanens nō tamen per se stans: sed alij inherens. Tertio modo vt dicatur substantia quelibz essentia actu ens siue per se stans siue non et hoc modo substātia se extēdit ad omne ens. Et sic accipit Augu. cum dicit q̄ nulla substantia est nihil omnino. cum ergo opinionē ex illo verbo de⁹ auctor malor non est.

d ¶In hoc aūt ꝯbo superior sniē recte opponit. q̄ dicūt deum nō esse auctorē eor q̄ mala sunt. inq̄tū mala sunt. sz inq̄tum sunt ⁊ inq̄tū mala sunt desunt ea nihil esse. ¶Quid g̃ mirum si de⁹ dr nō esse auctor eor inq̄tū nihil sunt. cū nihili nullus actor existere queat. Jōq̄ cū dr deus esse auctor oīm q̄ sunt. bonor isti subintelligi volunt. Bona aūt illa esse dicūt que naturaliter sunt. Ea ꝯo naturaliter esse dicunt non soluz q̄ substantie sunt: vel concreta substantijs. qualr supra acceperunt sz ⁊ oīa que naturā nō priuant bono. Et ita fm eosdem multiplex i scripturis fit intelligentia. vbi de natura siue de substātiavel de his q̄ naturaliter sunt. fmo occurrit. Sz sup illū locū psal. ¶Nō est substantia ita Aug. de substantia disseruit. vt p̄missē snievideat consentire dicēs. Substantia intelligitur illud quod sumꝰ ḋequid sumus. hō. pecus. terra. sol. oīa ista substantie sunt eoipso quo sunt nature ipse substātie dicunt. ¶Nam quod nulla est substantia. nihil omnino est. Substantia ergo est aliquod esse. deus fecit hoiez substantiā. sed p iniquitatem lapsus est hō a substātia i qua d factus est. Iniquitas quippe ipsa nō est substātia. ¶Non eī iniq̄tas est natura quā forma uit deus: sed iniq̄tas est puer sio quam fecit homo. ¶Nature oēs per ipsum facte sunt iniq̄tas | per ipsum facta nō est. q: iniquitas non est substantia. In illo hymno trium puerorꝰ vniuersa creatura laudās deū cōmemorat. laudāt eī oīa deum. sed que fecit deus. laudat ibi serpens deum sed non auaricia. Oīa reptilia ibi nominata sunt: sz nō aliqua vicia Uicia eī ex nobis ex nostra volūtate habemus. ⁊ vicia nō sunt substantia.

¶Ponit cōmonitionē vt erudiat. e

¶Intendāt diligēter his verbis p:missaz assertor sententiaz. et percipere poterūt rōnem et causam dictor. vbi scriptura de natura vl substātia mentionem facit. Illarum ꝯo sententiaz iudiciū p:udētis lectoris (cui vtriusq̄ sententie noticiam plenarie dedimus) arbitrio relinquim⁹ ad ea que adhuc nobis supsunt tractanda festinantes.

¶Remouet dubiuz. Qō de peccato non de pena intelligitur. cum dicitur deus nō est auctor mali. f

42 alicui' positiōis ꝛ ordinis.sicut est defectus culpabilis.ꝛ iste est defectus vituperabilis ꝛ vituperabile reddit actorē.ꝛ talē defectū deus nō facit.nec etiā facit aliq̄d quo facto creatura tali defectu deficiat necessario.vñ nec de' facit pctm̄.nec facit aliquē peccare.nec facit aliq̄d quo facto necessario sequat peccatū rōne illi' qđ deus facit.hoc dico ꝓp aīe infusionē in q̄ ne cessario ẓdit culpa originalis.ſz hoc nō est ex actu dei.ſz ex p̄uaricatione p̄mi parētis. Est ꝛ alius defectus q̄ est p̄uatio alicuius positiōis.nō tñ est p̄uatio ordis.ꝓtingit em̄ aliquos defectus ordinari.ꝛ talis defectus ſz nō possit deo attribui ſz q̄ defectus.pōt tñ ei attribui ꝑm q̄ ordinatus.ꝛ de tali defectu ſz nō possit dici q̄ de' eū faciat.qr̄ defectū facere est deficere. pōt tñ dici q̄ facit aliq̄d q̄ facto necessario ꝓsequitur ille defectus.ꝛ talis defect' est falsitas ꝛ ignorātia.ꝛ cecitas.ꝛ ꝓsilles. Ut q̄is nō possit ꝓcedi q̄ de' faciat falsitatē oīonis siue oratiōnem falsam ꝑm q̄ falsa est.pōt tñ ꝓcedi q̄ de' faciat aliq̄d quo facto aliqua oīo est falsa necessario.sicut cū iustificat impium.facit aliq̄d.quo facto hec enūciatio est falsa. Iste est impius. Lōcedende sunt igr̄ rōnes oīdentes q̄ enūciatio falsa
43 ꝑm q̄ falsa nō fit a deo. ¶ Ad illud q̄ qđ obr̄ q̄ falsitas ꝛ vītas fundant' sup idē. Dōm q̄ verū ē.ſz tñ aliter ꝛ alr̄.qr̄ vītas fundatur p modū positiōis.ꝛ falsitas p modū p̄uationis.ꝛ iō nō sequit q̄ sint ab eodē. Lū aūt dr̄ q̄ sup idē fundant' ab eodē
44 sunt.hoc intelligit' qñ sup illud idē fundant' ꝛ eodē mō. ¶ Ad illud qđ obr̄ q̄ equalitas ꝛ inequalitas in rebus sunt ab eodē ꝑncipio. Rñdendū est q̄ nō est sic.qr̄ in rebus vno mō inequalitas dicit p̄uationē equalitatis vbi dr̄ esse.ꝛ tunc nō est a deo cū sit defectus. Alio mō inequalitas dicit gradū ꝛ ordinē qui dr̄ esse inter res.ꝛ hoc mō ꝛ si videat' dicere p̄uationē. qr̄ tñ dicit positionē a deo est.ſz inadequatio signi ad signatū semp dicit defectū.ꝑ eo q̄ signū instituū est vt repñtet signatū ꝑm q̄ est.ꝛ iō in adeq̄tione signi ad signatū est falsitas.inadequatio vō in rebus nō est falsitas. Et ꝓpterea nō sequit' q̄ si inadequatio rei ad rē est a deo q̄ inadequatio signi ad signatum sit a deo.ꝓsset tñ dici q̄ inadequatio inq̄tū hmōi cum dicat defectū equalitatis a deo nō est.q̄uis illud qđ subest a deo ē.
45 ¶ Ad illud qđ obr̄ q̄ deus pōt falsificare enūciationē.dōm.q̄ hec est vera ꝛ ꝓpria.Deus facit.quo facto.aliqua ꝓpositio est falsa.hec aūt est min' ꝓpria.deus facit aliquā ꝓpositionē falsam.sed hec est simplr̄ impropria.deus facit falsitatē in ꝓpositione.ꝛ hoc qr̄ falsitas nomiat ipm defectū p̄cise.ꝛ ideo in illa rōne est sophisma ꝑm accīs que sic arguit.facit aliq̄d quo facto ꝓpositio est falsa.ergo facit ꝓpositionē falsam siue falsitatem in ꝓpōne. ¶ Ad illud qđ obr̄ q̄ maioris dignitatis est falsificare aliquā ꝓpōnem q̄ verificare.dōm q̄ veritatē ad falsitatē ꝓtingit cōparari dupl̄r. Aut loquēdo formal̄r aut causaliter.siue rōne ei' qđ subest. Si loquendo formal̄r.sic cū veritas dicat adequationē.ꝛ falsitas inadequationem.ꝛ ita falsitas p̄uationē.veritas positionē.dignius est oīo aliquid verificare q̄ falsificare.q̄quid illud sit cū dignior sit veritas q̄ falsitas.si tñ ꝓtingat dicere dignius respectu eius in quo nulla est dignitas. Si aūt cōparamus veritatē ad falsitatem ratione ei' qđ respondet ex parte rei. sic dico de plano q̄ aliq̄s digni' est illud qđ ex parte rei reddit illā ꝓpositionē falsam q̄ illud quod reddit ꝓpositionē verā sicut ptz.dignius est em̄ q̄ reddit istam propositionem falsam.iste non est bonus: q̄ q̄ reddit eā veram. Et ratio huius est ista.qr̄ q̄uis veritas de se dicat positionē.qr̄ dicit adequationem.illa adequatio ex pte alteri' extremi ita bene pōt respicere p̄uationē sicut positionem,ꝛ defectum sicut effectū. Sicut em̄ defectus est ordinabilis ꝛ tñ defectus est.sic est cognoscibilis.ꝛ sic est significabilis.ideo cum queritur sup quid fundetur veritas enunciationis.nō oportet q̄ ex parte rei respōdeat aliqua veritas. Sicut enim verum ens contingit vere significare de ipso ipsum esse. sic etiā de illo quod nullo modo esse contingit vere significari q̄ ipm nō est. Sicut enr̄ significatio dicit relationem.q̄ nō requirit signi Distin. ficatum esse in actu.sic et xxxix. veritas signi que quidez dicit conditionē illius relationis.nō exigit fundari sup aliquā rem actualiter existentem.nihilominus tñ cuz omnis relatio et ordo a deo sit. talis significatio ꝛ talis veritas a deo est.nec sequitur ad boc q̄ significatū sit a deo.immo est ibi sophisma ꝑm accīs sicut si arguerec ordinatio culpe ꝛ pene est a deo.ergo culpa est a deo. Sic nō sequit' i ꝓposito vera significatio furti ē a deo ergo furtū est a deo. Et sic ptz q̄ ꝛ si veritati nō semp correspōdeat ex parte significati aliquid excellētius q̄ falsificati.tñ veritas nobilior est q̄ falsitas.ꝛ ideo nō sequit' q̄ si verificatio ꝓpositionis sit a deo.q̄ ab eodē sit ꝓpositionis falsificatio siue falsa enunciatio ꝑm q̄ falsa. Et sic patent quesita.

Distin.xxxviij.

Qualr̄ in gñali per actū voluntatis pctm̄ introducitur.

Post p̄dicta de volūtate eiusq; fine ꝛc. Supra oñdit magr̄ quid sit malum siue pctm̄ in generali.in hac parte determinat qualr̄ peccatum per actum volūtatis habeat introduci. Diuiditur aūt pars ista in tres. In quaꝝ prima determinat magister qualiter peccatum a voluntate habeat ortum in generali. In secunda vo descendit ad speciales differentias peccati.infra dist.xlij. Lum autē voluntas mala ꝛ operatio ꝛc. In tertia vo inquirit vtrū ortum habeat in ipsa voluntate potestas peccandi.infra dis.xliij. Post predicta cōsideratione dignum occurrit ꝛc. Prima pars bz duas. In prima inquirit magr̄ qualiter ipsa volūtas habeat deprauari. Secūdo vo qualr̄ ex prauitate volūtatis fiat deprauatio in actu exteriori.ifra dis.xl. Post hec de actibus adiūciendū videt'. Prima pars bz duas. In prima determinat qualr̄ voluntas habeat deprauari. In secūda vo inquirit quare magis deprauetur volūtas in suo actu q̄ aliqua alia potentia infra.distin.xxxix. Hic aūt oritur questio satis necessaria. ¶ Prima pars que continet p̄sentem distinctionem habet duas partes. Qñ em̄ deprauatio ꝛ rectificatio voluntatis attenditur penes finem.ꝛ voluntas habet comparari ad finem mediante intentione.ideo pars ista duas bz partes. In quarum prima determinat magister de rectificatione et deprauatione voluntatis ex parte finis. Secundo vo inquirit differentiam voluntatis.intētionis ꝛ finis.ibi. Solet etiā queri quid distet inter voluntatem ꝛ intētionem. Prima pars habet quattuor partes. Quia em̄ obliquatio cognosci habet p rectitudinem.| nam rectum iudex est sui ꝛ obliqui' ideo in prima parte determinat magister q̄ ex parte finis venit rectitudo voluntatis. Scōo determinat quis sit ille finis.ibi. Qui ergo charitatem sibi ponit finē. In tertia vo determinat de vnitate finis respectu bonaꝝ voluntatum.ibi. Sed quaritur vtrū omnes bone volūtates. Quarto vo mouet quoddā dubium ꝛ determinat ibi. Uerūtamen huic sententie qua dictum est ꝛc. Secūda vo pars in qua determinat de differentia voluntatis intentionis ꝛ finis habet duas. In quarū prima querit differentiam ꝑm rationem.ibi. Solet etiam queri ꝛc. Secundo de differētia ꝑm rem.ibi. Sed querit vtrū intentio ꝛc. Et ꝑm hoc duo determinantur in parte ista.scz de comparatione voluntatis ad finem.ꝛ de differentia intentionis ꝛ volūtatis.

a ¶ Ex fine suo ꝛc. Sed ꝓtra. beatitudo est bonū nobis ignotum.vnde hoc est illud qđ nec oculus vidit nec auris audiuit ꝛc.ergo si per ignotū nō possumus aliud cognoscere.vł q̄ voluntas nō possit cognosci.vtrū sit bona vel prava ex illo fine. Item certius est nobis qđ est presens nobilipbis q̄ qđ est absens.si ergo nō cognoscimus p̄sentia per absentia: sed magis econuerso.

conuerso. videl⁹ ꝙ per beatitudinem nō fiat cognitio bonitatis in volūtate. ℭ Rñ. dicēdum ꝙ cognitio beatitudinis duplex est. videlz in vniuersali ⁊ particulari. Cognitio beatitudinis in vniuersali omnibus est innata. Cognitio vo in particulari videlz vbi sit btitudo ponēda. habeꝫ a nobis p habitum fidei aliquo mō. ⁊ aliquo modo expectatur habenda per deiformitatē glorie. Nunc enim cognoscimus quasi speculādo. ⁊ a remotis. ⁊ semiplene. tūc autē cognoscemus experiendo perfecte. Licz autem nunc non cognoscamus perfecte cognoscim⁹ tamē certitudinaliter certitudine fidei ꝙ beatitudo est magnum et verum bonum. De volūtate nostra. vtrū sit recta vel prāua nos nescimus nisi per coniecturam. ⁊ ideo sicut certum est ratio veniēdi in cognitionem dubij. sic cognitio beatitudinis facit venire in cognitionem bonitatis volūtatis. dum quis videt suam voluntatem ad beatitudinem tendere. Quod ergo obijciꝫ ꝙ beatitudo nobis ignota est iam patet responsio Verū est enī ꝙ non est nobis nota per experientiā est tamē nobis nota per fidem. Ad illud quod obijcitur ꝙ rectitudo volūtatis est nobis pñs. dicēdum ꝙ sicut in ꝑmo libro ostēsum fuit. Iz charitas ⁊ gratia sint nobis pñtia. sunt tñ nobis ignota inq̄ntū gratuita. q: de eis nulla pōt haberi experiētia. vnde ⁊ si certissimus sim de affectiōe mea ꝑz ꝙ est affectio. valde tamen dubius sum de affectione mea vtrū sit ordinata vel gratuita ⁊ ita acquiro mihi probabilitatez. per aliqua signa.

Finis aūt bone volūtatis btitudo est. vita eterna. ipe deus Malę vo finis ē aliud. s. maledictio vel aliquid aliud in q̄ nō dz voluntas q̄escere. Finē bonū insinuat ꝑpba dicēs. ois ꝺsummatiōis vidi finē. ⁊c. Charitas g̃ cui⁹ latū mandatū est finis ois ꝺsummationis est. i. ois bone volūtatis et actiōis ad quā oē p̄ceptū referēduz ē. vñ Aug. i enchi. Omia p̄cepta diuina referunt ad charitatē.

b De q̄ dicit aplus. Finis p̄cepti est charitas de corde puro ⁊ ꝺscia bona ⁊ fide non ficta. Ois itaq; p̄cepti finis charitas est. i. ad charitatē refertur oē p̄ceptū. Nō vo ita sit vel timore pene vl aliqua intētione carnali vt non referatur ad charitatē que est dilectio dei ⁊ primi. nōdum fit quēadmodum dz fieri. q̄uis fieri videatur. Tūc eī recte fiūt q̄ mādat deꝰ. ⁊ que ꝺsilio monet cum referuntur ad dilectionē dei ⁊ primi. His verbis aperte insinuatur quis sit rect⁹ finis voluntatis. siue actionis bone. scz charitas que ⁊ deus est vt supra ostendimus.

Determiat q̄s sit ille finis ostēdens ꝙ deus est finis ois bone actiōis. q: charitas est nec tñ spūssanctus. Iz etiā xp̄s ⁊ pater. nec hi sūt hi tres fines sed vnus. b

ℭ Qui g̃ charitatem sibi ponit finē. deū sibi ponit finē vñ ⁊ xp̄m finē legis ad iusticiam dicit aplꝰ esse omni credenti.

Et recte dz xp̄us finis legis ad iusticiā. Dz vt ait aug. i li. sniaz psperi. In xp̄o lex iustitie nō ꝺsumit Iz implet. Ois enī pfectio ex ipo ⁊ in ipso est ⁊ vltra quē nō ē q̄ spes se extēdat. Finis fidelium xp̄us est ad quem cū peruenerit currētis intentio. nō habz quo amplius possit venire. sed habet c id in quo debeat permanere.

Finis ergo rectus atq; supremus deꝰ pr̄ est ⁊ filius ⁊ spūs sanctus. nec hi tres sunt tres fines. Iz vnus finis. q: nō tres diꝫ: sed vnus deus.

Determinat de vnitate finis respectu bonarum volūtatum. c

ℭ Sed querit vtrū oēs bone volūtates vnum tñ habeāt finē. De hoc aug. in. xj. lib. de tri. ita ait. Alie atq; alie volūtates suos ꝓprios fines hūt. qui tñ referuntur ad finē illi⁹ voluntatis qua volumus btē viuere. ⁊ ad eam peruenire vitam que non referat ad aliud sed amanti per seipsam sufficiat. quēadmodum voluntas videndi finem habet visionē. et voluntas videndi fenestrā. finem habet fenestre visionem Altera vo est voluntas p fenestram videndi trāseuntes cui⁹ item finis est visio trāseuntiū. ad quod etiā predicte referūtur voluntates. Itē recte sunt voluntates. ⁊ oēs sibimet religate. si bona est illa ad quam cuncta referuntur. Si autem prāua est prāue sunt omnes. ⁊ et ad ipsum preceptum. Et quia puritas cordis a qua immediate procedit actus dilectionis presupponit fiduciā fidei. ⁊ certitudinem spei tanq̄ dispositiones preambulas. iō vt manifestaret apostolus ꝙ act⁹ charitatis presupponit actus aliarum virtutum theologicarum tanq̄ disponentes ad ipsum ista tria dicit. De corde puro in quo tāgit charitatis sanctitatem. Conscientia bona. in quo tangit spei fiduciam. Et fide non ficta. in quo tangit fidei constantiam. Et in bis duobus apostolus charitatem perfectissime commendat. in hoc ꝙ ꝺstendit ꝙ in actu charitatis consistit complementum omnis virtutis. et finis omnis bone operationis. que intelligitur i nomine precepti. Unde intellectus predicte diffinitionis est iste. Charitas est finis precepti ⁊c. idest charitas est illud in quo consistit omnis mandati adimpletio. et omniuz virtutuz perfectio ⁊ hinc est ꝙ scriptura adeo nobis commendat charitatem. et maxime scriptura noui testamenti. et apostolus eam⁹ laudat elegantissime. Quod ergo obijcitur de obedientia et vita eterna q̄ debeant dici finis precepti. dicendum ꝙ obediētia⁹ ordinata est ad charitatem habendā. et vita eterna non est aliud q̄ charitas consummata.

Q⁹ oēs bone volūtates vnū habēt finē ⁊ tñ que dā bone diuersos fines sortiūtur.

c ℭ Finis ergo rectus atq; supremus deus pater est ⁊c. Cōtra. finis ē res qua fruendum est. sed bi tres sunt tres res quibus fruēdum est. sicut dicit Augustinus in lib. de doctrina christiana. ergo sunt tres fines. Item intētio finis dirigitur per fidem. sed fides ponit tres articulos in credendo patrē ⁊ filiū ⁊ spñsanctum. ergo pari ratione intentio intendit in eū statuens ibi tres fines. Queritur ergo quare non sit diuersitas finium sicut pluralitas articulorum.

ℭ Rñ. dicendū ꝙ rationis est distinguere. ⁊ volūtatis vnire. Rursus sicut dicit Dam̄. persone distinguūtur ratione. ⁊ conueniunt re ⁊ natura. ꝑm hoc ergo intelligendum est ꝙ nomina illa que sunt cōia ad rem ⁊ rōnem. illa possunt plurificari. illa vo que sunt realia plurificari non possunt. ideo potest dici ꝙ pater ⁊ filius ⁊ spiritussanctus sunt tres res. non tamē potest dici ꝙ sint tres bonitates. Rursus. quia articulus dicit quod est ex parte rationis. finis vo dicit quod respicit voluntatem. ideo possumus dicere plures articulos. nō tamē possumus di

cere plures fines. Iz enim sint plures articuli vnatū est in eis veritas. qz cūveritas cōplexa fm q aliqd ponit reducaf ad veritatem incomplexā. z vna sit veritas incōplexa in pre et filio z spūsancto fm q sunt vna charitas et vna veritas. illi tres articuli sup vnā veritatez realem fundari bñt. ¶ Ad illud ergo qđ obī q sunt tres res. Dōm q rō illa nōvalet. sunt tres res ḡ tres fines. qz proceditur a pluralitate personali ad pluralitatem essentialem. et differenter accipitur res cū ōr finis est res z cū ōr tres sunt res. ¶ Ad illud qđ objcif q fides distinguit. dōm q ex hoc nō sequitur q intentio distinguat plures fines. sicut fides plures articulos. nā cū intētio in charitate consummef. z charitatis sit vnire. plus habet intētio rōnem vniendi q̄ rationem distinguendi.

iō rectaz voluntatum onerio iter q̄ddā ē ascendētiū ad bitudinē. qō certis velut passib⁹ agif. Prauaz ꝯāt z distoztaz voluntatū iplicatio vinculū ē q̄ alligabif q̄ hic agit vt pficiat si tenebras exhiores. His autoritatū testimonijs euidēter mōstraf plures in fidelib⁹ rectas esse volūtates ꝑprios ac diuersos fines hñtes. et iñ vnū eundēqz. qz oēs referunf ad vnum q̄ est finis finium de quo pauloañ dixim⁹. ita econuerso fortе est in malis.

☞ Mouet z determiat dubium de duobus finibus constituendis. d

¶ Veruntū huic sniē qua dictū ē fideliū quasdā rectas voluntates diuersos fines sortiri. z tñ ad vnū referri vt obuiare qō alibi augu. ammouet ne scz nobis duos fines ꝓstituamus. ita inquiens in li. de ser. do. in mōte. Nō debemus iō euāgelizare vt māducemus sz iō māducare vt euāgelizemus. vt cibus nō sit bonum qō appetif: sz necessariū qō adjcif vt illud impleatur

Matt. vj. Querite primū regnū dei. z hec oīa adjcienf vobis. Nō dixit primū q̄rite regnum dei. z deinde q̄rite ista q̄uis sint necessaria. sz ait hec oīa adjcienf vobis. id ē hec ꝓsequenf si illa q̄ratis. ne cū ista q̄ritis. illinc auertamini. aut ne duos fines cōstituatis. vt z regnum ꝑp se appetatis. z ista necessaria ꝑp illō. Ergo ꝑp regnū dei tñ debemus opari oīa vel cū regno dei. non solam mercedē corporalē meditari. Ecce hic apte dicit ne duos fines nobis ꝓstituam⁹: sz vnū tñ. i. regnū dei. cū supra dixerit bonas volūtates alias z alias ꝑprios hñe fines. ¶ Nec aūt sibi nō repugnare. aīaduertit q̄ verbis p̄missis simplici oculo diligēter intēdit. Qui ei dixit ne duos fines nobis ꝓstituam⁹ sz oīa ꝑp regnū dei faciamus. ipe premisit q debemus māducare vt euangelizemus. Cū autē hoc ita facim⁹ actionis illi⁹ finem euangelij ꝓstituim⁹. sed z hāc finē ad regnū dei referimus. Māducamus eñ ꝑpter euāgelium z manducamus z euāgelizamus ꝑpter regnū dei. duos igif fines nobis in māducado ꝓstituimus. Sed ista facientes nū quid peccam⁹? absit. Nam z ipe sic facere suadet si dilgenf ei⁹ vba ispiciam⁹. Cū ḡ ait. ne duos fines nobis ꝓstituamus. fines in diuersa tendētes intelligi voluit scz quoz alter ad altez nō referaf. Ita z cū dicit ꝑp regnum dei tñ oīa agenda nec cū ipso mercedē talem meditandā. ita intelligendū est vt nō meditemur appetendo cū regno mercedē talem. ita q nō ꝑp regnū sz ꝑpter se. vt. s. regnū ꝑp se appetamus. z ista ꝑp illud. sicut ipe docet. Si eñ petimus vitā eternaz. petimus etiā talia a deo. si ea petimus ꝑpter vitā eternā non offendimus. neqz sinistra tunc scit qđ faciat dextra. qz mercedē talem nō ꝑpter se meditamur. sed ꝑp regnū dei. vt sit leua sub capite z dextra in amplexu. Alioqn si hec talia ꝑpter se querim⁹ sicut eterna. miscetur dextre sinistra. ideoqz cū oīs dixerit. Attēdite ne iustitiam vestrā faciatis coram hoībus vt videamini ab eis. alibi ait. Sic luceant opa vestra bona coram hoībus. vt Matt. vj. glorificent patrē vestrū q̄ in celis est. Propter deū ergo oīa facienda sunt. vt oīa que facimus omniumqz fines ad eum referamus. Gen. v

☞ Querit differentiam voluntatis z intentionis z finis fm rationem. e

¶ Solet etiā q̄ri. qđ distet iter volūtatē z intentionē ac finē. Ad qō dici pōt inter volūtatē z finē certo atqz euidenti mō distinguif. Qz volūtas est qua volumus aliqd. Finis vo volūtatis est vel illud qō volum⁹ ꝑp qō implef ipa volūtas. vel potiꝰ aliud ꝑp qō illud volum⁹ Intētio vo interdū ꝑp volūtate interdū ꝑp fine volūtatis accipif. q̄ diligēs ac pius lector i scriptura vbi hec occurrūt discernere studeat. Finis vo volūtatis ē delectatio bona vl mala. ad quā nitif quisqz puenire. vñ Aug. sup illū locū. psal. Scrutās corda z renes. sic ait Deꝰ solus scrutaf corda. i. qđ quisqz cogitet. z renes. i. qđ quēqz delectet. qz finis curez cogitationis ē delectatio ad quaz cura z cogitatione nitif q̄sqz puenire. Et paul. post. Opera nra q̄ sunt in dictis z factis pñt hoies videre. sz q̄ aio fiant. z quo venire cupiāt. solus deꝰ videt q̄ cūvidet coz eōrū celo z nō delectari nos i carne. sz i dño. i. cū bone sunt cogitatiōes z eaz fines. dirigit iustū. Idē sup alteri⁹. ps. locū illum. s. In laqueo isto quē abscōderunt comprehēsus est pes eoz. dicit. Ps. lx. Pes aīe amoz est. q̄ si prauꝰ est ꝛ cupiditas vel libido si rectus ꝛ charitas. Eo mouef aīa q̄si ad locū quo tēdit. i. ad delectationē bonā vl malā quo se puenisse per amorē letaf. Finis ḡ voluntatis vt ꝓmissum est ꝛ illud qō volum⁹. z illud ꝑp qō volumus z intētio ad illō plum. respicit ꝑp qō volum⁹. z voluntas ad illud qō volum⁹ vt vbi gratia. Si velim esuriētem reficere vt habeam vitam eternā. voluntas est qua volo reficere esurientē cuius finis est refectio esurientis. Intentio vo est qua sic ad vtā puenire volo. Finis vo supremus est ipsa vita. ad quam z alius finis refertur. Repetit pāli cta sub dēs ci

☞ Querit differentiam voluntatis z intentionis z finis fm rem. f

d ¶ Sz q̄rif vtz intētio talis sit volūtas: z si volūtas ē an i hoc ope sit vna eadēqz voluntas qua volo reficere esuriētē z qua volo hñe vitā eternā. vī nēpe talis intētio volūtas esse vt eñ volūtas est q̄ volo reficere pauperē. ita z volūtas est q̄ ꝑ illud volo hñe vitā. Et alia quidem videf voluntas esse. qua volo habere vitaz. et alia qua pauperi subuenire volo. Sz ista ad illam referf. Nam z si hoc ita placeat vt in eo cū aliqua delectatione voluntas acquiescat nōdum est tamen illud quo tenditur. sed hoc ad illud refertur vt illud deputetur: tanq̄ patria ciuis. istud vero tanq̄ refectio vel mansio

d ¶ Sz q̄rif vtrū intētio z. Queritur hic de qōne quā magr nō determiat i parte altera. vtrū. s. volūtas finis z ei⁹ qō est ad finem sint due voluntates aut vna. nā q̄ due sint vī ꝑ hoc q̄ vna ē creati⁹ alia increati. vna tpalior alia eterni. Q̄ aūt vna sit vī per hoc q̄ ibi est vnus ꝑp alterz. vbi aūt hoc est. ibi tñ vnū est. vt cū diligo vinum dulce nō diligo duo sed vnum. ¶ Rñ. dōm q mgr ponit hic duas rōnes. nec tñ aliquā earū probat nec aliquā magis approbat. Et rō hui⁹ est. quia fm diuersas considerationes verum dicit vtraq̄ z vtrumq̄ oportet dicere. Una enim dicit q sunt

sunt volũtates due. Alia dicit ꝙ est volũtas vna. hoc aũt dixerunt aspicientes ad diuersa. Voluntas cũ finis dupliciter pot esse. Aut sicut obiecti. aut sicut finis in rone finis. si sit volũtas finis sicut obiecti. sic cũ aliud sit obiectũ creatũ. t aliud increatum. alia est volũtas qua volo finẽ. t alia q̃volo id qđ est ad finem. sicut aliꝰ est motus affectionis ꝺ amo deũ i sc t aliꝰ motus ꝺ amo creaturã. Si aũt sit volũtas finis sub rone finis inꝑtũ scz aliud bz ad ipm ordinari. sic vna voluntate. et vno decursu volo vtrũq; q̃uis volũtas simul t semel non possit ferri super vtrũq;. sed successiue. vt ptz. cũ amo comestionem ppt salutẽ. qz i amore comestionis includo amorẽ salutis. Et sm has duas vias duo sunt modi dicẽdi probabiles t veri. si recte fuerint intellecti.

DIstinctio. Et sunt iste volũtates affectus siue motus mẽtis q̃bus quasi gressibus vel passibus renditur ad patriã. Sicut ergo altera est volũtas videndi fenestras. vt supra docẽte Augu. didicimꝰ altera q̃ ex ista nectitur volũtas. s. p fenestras videndi trãseuntes. Ita nõnullis alia videt esse voluntas elemosynas dãdi pauperi alia voluntas hñdi vitã. Alij aũt putãt ꝙ vna sit voluntas t hic t ibi. sed ꝓpter subiectorum multiplicitatẽ. diuersitas memoratur voluntatũ. Ceterum quodlibet hoꝝ verum sit illud nulli in ãbiguũ venit. q̃n volũtas ex suo fine pensetur. vtrũ recta sit an prava peccatũ. an gra. t quin noie intẽtionis aliq̃s finis. aliq̃s voluntas intelligatur.

Ad intelligentiã huius partis incidit hic questio circa duo. Et ꝓmo queritur de comparatione voluntatis ad suum finem. Secũdo ꝙro queritur de differentia intẽtionis ad voluntatem. Circa primũ queruntur quatuor. Primo queritur vtrũ voluntas ratione finis sit cõmendabilis. Secũdo queritur vtrum bone voluntates habeant vnum finem vel diuersos. Quarto queritur vtrũ male voluntates cõmunicent in fine. an constituant sibi fines alios t alios.

A **Questio. j.** Utrum voluntas sit bona t cõmendabilis rone boni finis. Et ꝙ sic vꝫ. Mat. vj. Si oculus tuus fuerit simplex. totum corpus tuũ luminosum erit. Si ergo oculus est intentio per quam voluntas ordinat in finem sm ꝙ ibi exponitur. t corpus est congeries operũ. videtur ꝙ si finis bonus sit ꝙ omnis operatio voluntatis sit bona t cõmendabilis. Item Aug. dicit in. x. de trini. Recte sunt omnes voluntates si bona est illa ad quam cuncte ordinãtur. sed illa ad quam cuncte ordinantur est voluntas finis. si ergo finis bonus est. restat ꝙ voluntas finis t omnis voluntas ad eã ordinata sit bona t recta. ¶ Item maxima est pbi. Cuius finis bonus est ipm quoq; bonum est. ergo si actus voluntatis finis bonus est. ergo ipa bona est. ¶ Itẽ in actione naturali in qua forma est finis. bonitas gñationis t opationis attẽditur penes finem t formã. ergo cũ intentio finis sit eque essentialis morali actui vt naturali. t bonitas actus volũtatis ptineat ad mores. videt ꝙ bonitas voluntatis t rectificatio penes bonitatẽ finis habeat attẽdi t cognosci. ¶ Sed ꝓtra. Finis bonoꝝ est beatitudo. sicut magr dicit in lra. sed oẽs appetunt beatitudinẽ sicut dicit Augu. t omnes eam finaliter intẽdunt. sicut dicit Boe. in li. de conso. q̃uis diuerso tramite ad eam currant. ergo si omnes voluntates cõicant cum illo fine. ergo omnes erunt bone t nulla mala. ¶ Item Diony. dicit ꝙ nemo operatur ad malum aspiciens. ergo omnis operãs finaliter aspicit ad aliqđ bonũ. vnde t pbs etiã dicit ꝙ bonũ et finis est idem. Ergo si omnis voluntas aliquod intendit bonum videtur ꝙ aut oĩs voluntas est bona. aut ꝙ bonitas non inest voluntati ex fine. ¶ Item quantũcunq; aliquis finaliter appetit bonum. tñ nunq̃ operatio eius erit meritoria nisi sit caritate informata. t anima sit deo grata t accepta. ergo videtur ꝙ bonitas voluntatis in actu potius veniat ex principio q̃ ex fine. ¶ Item si bonitas voluntatis venit ex fine. cũ finis omnis bone voluntatis sit deus. t sit equaliter bonus. videtur ꝙ oẽs bone voluntates sint equaliter bone. si igitur omnes volũtates nõ sunt equaliter bone. vꝫ ꝙ bonitas volũtatis nõ sit ex fine. ¶ Itẽ mãducare bonũ est. ergo si q̃s finaliter ꝑdicat vt mãducet cũ opatio ista habeat bonũ finẽ. vꝫ ꝙ sic ꝑdicare sit bonũ t laudabile. si igit talis actio iudicat esse mala vꝫ ꝙ voluntas nõ sit bona ex voluntate finis. ¶ Item si aliq̃s mentit̃ pp salutẽ primi. cum saluare primũ sit bonũ. mendaciũ illud esset bonũ t meritoriũ. si opus volũtatis bonitatẽ haberet ex fine. sz ꝓstat ꝙ mendaciũ nunq̃ est bonũ. sicut dicit aug. g̃ vꝫ ꝙ bonitas finis nõ sufficiat ad bonitatẽ volũtatis. Queritur igit vñ causet rectitudo t bonitas in voluntate. vtrz ex fine sicut vꝫ dicere magr an aliũde. ¶ R ñ. dõm ꝙ cũ ꝺ voluntas eẽ 7
bona ex bonitate finis hoc est dicere ꝙ volũtas est bona ex ordinatione ad bonũ finẽ. Ad hoc aũt ꝙ sit recta ordinatio ad bonum finẽ requirit ꝙ finis bonꝰ sit duobꝰ modis. vcz sm id qđ est t sub rone finiẽdi. Aliq̃d cũ est bonũ in se. qđ tñ nõ recte ordinatur ad alterũ in rone finis. sicut mꝰ bonũ q̃uis sit bonũ nõ tñ est bonus finis maioris boni. p eo ꝙ finis melioꝝ ꝺz esse his que sunt ad finem. Simil̃r ex parte ordinationis duo requirunt. vcz ydoneitas ex pte ordinabilis t actualis ꝓuersio ex pte voluntatis ordinãtis. t cum ista ꝓcurrunt. tũc absq; dubio volũtas bona ex fine bono iudicat. Cum aũt boꝝ aliquid deficit. bonitas finis nõ sufficit ad bonitatẽ voluntatis vtpote si sit finis bonꝰ in se. nõ tñ sufficit ad finiẽdũ vel ad complẽdum illud quod fit ꝓpter ipm. sicut manducatio q̃uis sit bonum in se. nõ tñ bz completã rõnez finiendi respectu ꝑdicatipis. Simil̃r mendaciũ non est ordinabile ad bonum cũ sit sm se malum. t ideo q̃tũcunq; quis mentiatur ꝓpter aliquod bonum. mẽdaciuz nõ est bonũ qz deficit ibi rectitudo ordinationis ꝓpter defectum ydoneitatis ex parte actus quẽ volnntas refert ad illũ finẽ. Et sic ptz rñsio ad qõnis veritatẽ qm̃ concedendum est sicut magr dicit voluntatẽ esse bonã t rectã ex fine, hoc cñ intelligit sub ꝑdictis ꝓditionibus. Et sm hunc modum rones ad primã partẽ ꝓcedẽte sunt. Et ꝑ hoc etiã patz rñsio ad illa duo que vltimo opponunt vcz de ꝑdicatiõe t mẽdacio. ¶ Ad illud ꝙro qđ ꝓmo obi ꝙ beatitudo est finis bona- 8
rum voluntatũ t etiã oĩm. dõm ꝙ aliter est finis bonaꝝ volũtatum. t aliter malaꝝ. Nam beatitudo que est finis oĩm bonarum voluntatũ est beatitudo vera. beatitudo ꝙro que est finis malaꝝ nõ est beatitudo vera sed simulata. Auarus enim estimat beatitudinẽ esse in diuitijs t supbijs t honoribus. t sic in alijs vicijs. vndè sicut finis malaꝝ voluntatũ quãdam habet imaginem finis vere boni, vtpote beatitudinis sic etiam male voluntates prętẽdunt speciẽ virtutis. Q̃ñ ergo ꝺz ꝙ oĩs volũtas tendit ad beatitudinẽ. hoc intelligitur de beatitudine in sua generalitate ꝓsiderata. in cuius appetitu oẽs [vt dicit Augu.]cõicant: sed put beatitudo determinate accipit̃ pro illa q̃ consistit in vĩsione dei. nec ab oĩbus appetitur. nec oẽs in illã tendunt. ¶ Ad illud qđ obi ꝙ nemo opatur ad malũ aspiciẽs 9
dõm qđ illđ ꝙ mouet aliq̃s est bonũ sm ỹitatẽ. aliq̃s est bonũ sm estimationẽ. t ad hoc ꝙ affect mouear sufficit sola estimatio bonitatis. t sine hac estimatione nõ mouetur voluntas ad aliquid appetendũ ad minus deliberatiuo appetitu. Et ideo dicit Diony. ꝙ nemo operat ad malum aspiciẽs. qz nulla ẽ voluntatis opatio. quã nõ ꝓcedat boni estimatio. sed qz illud qđ estimat esse bonum frequẽter est malũ. ideo frequẽter male operat. t si nunq̃ aspiciat ad malũ sub rone mali. Luz ergo ꝺz ꝙ voluntas est bona ex intẽtione boni finis. hoc nõ intelligitur de fine q̃ est bonus tñ in estimatione appetentis. sz etiã de bonitate reali. ¶ Ad illud qđ obi ꝙ non est actus voluntatis bonus nisi qui est ex charitate. dõm ꝙ charitas nõ reddit opus bonum nisi ex hoc ꝙ ipm bonũ refert in summũ bonum nec sufficiẽs relatio alicuius effectus vel operis ad summum bonũ est nec esse pot nisi ex adiutorio charitatis que facit finẽ illum oĩbus alijs ꝓpẽderare. t ꝓ ceteris carius reputari. et in eo quiescere tanq̃ in fine vltimo. Et hinc est ꝙ bonitas oĩs voluntatis attribuit̃ charitati. Nihilomiñ etiã attribuit̃ bonitati finis; qz vbi vnũ ꝓpter alterũ. ibi vnũ tñ. vnde qui tenet equũ per frenũ. non ꝺz tenere nisi vnum. t sic in ꝓposito intelligendũ est. ¶ Ad illud quod obi ꝙ finis est equaliter bo- 11
nus. dõm ꝙ t si finis equaliter sit bonus non tamen omnes volũtates equaliter ordinantur t approximant illi fini. qz bonitas finis non redundat in voluntatem nisi ratione ordinationis que ducit ad illũ finẽ. t ideo licz finis sit equaliter bonus

tñ ꝓpter gradus repertos in approximatiõe ⁊ ordinatione voluntatum ad illum finẽ. voluntates non sunt equaliter bone.
¶ Ad duo vltima iam ptz responsio ex predictis.

Questio. ij Quis sit ille finis ex cui⁹ bonitate voluntas est bona. ⁊ ad quẽ debẽt referri nre volũtates ad hoc ꝙ sint recte. Et ꝙ hmõi finis sit charitas. vꝫ. j. Thy. j. Finis p̃cepti est charitas. fz ad illũ. finẽ referende sunt volũtates. ad quẽ referunt p̃cepta. si g̃ charitas ẽ finis p̃cepti. charitas est finis bone volũtatis. ¶ Itẽ ad Rom. xiij. Qui diligit primũ legẽ implevit. Et iterũ. Plenitudo legis ẽ dilectio. fz ad illud referẽde sunt volũtates in q̃ ꝓsistit plenitudo ⁊ ꝓsummatio legis. si g̃ charitas ⁊ dilectio ẽ huiusmodi. ptz ⁊c. ¶ Itẽ hoc vꝫ rõne. ois bona voluntas ad hoc ordinat⁹ vt bõ fruatur deo. ⁊ ad hoc ꝙ habeat deũ sed nos nec fruimur deo nec habem⁹ ipm nisi per charitatẽ. Sil⁹ brẽ eba ritatem nõ est aliud q̃ habere deũ. si ergo ois bona voluntas est ordinata ad hoc ꝙ habeat deũ. vꝫ ꝙ finis ois bone volũtatis sit ipa charitas. ¶ Item natura in opando finali⁹ intẽdit formã pficientẽ in esse nature. ergo volũtas in opando principali⁹ intẽdit formã pfectiuã in esse moris. sed forma vel habit⁹ pfectiuus volũtatis in esse moris est ipa charitas. g̃ charitas est finis ꝓncipalis ois bone volũtatis. ¶ Bz ꝓtra. Ro. x. Finis legis xp̃s. sed idẽ est finis legis ⁊ bone volũtatis. g̃ vꝫ ꝙ xp̃s sit ꝓncipalis finis bone volũtatis. nõ g̃ charitas. ¶ Itez Bern. in li. de dili. deo. De amore venit⁹ in charitatẽ. ⁊ de charitate venit⁹ in sapiẽtiam. ergo sapiẽtia est excellẽtius q̃ charitas. sed illud debet poni finis bone volũtatis quod est excellentissimum: ergo finis bone voluntatis non est charitas sed sapia. ¶ Item finis est illud quo fruendũ est. fz charitate nõ est fruẽdũ. qz solo bono increato est fruendũ. ergo vꝫ ꝙ charitas nõ sit finis ꝓncipalis bone volũtatis. Si tu dicas ꝙ finis bone volũtatis nõ est charitas creata fz increata. Lõtra. apls Finis p̃cepti est charitas ꝓcedens de corde puro ⁊c. sed charitas ꝓcedens de corde puro ⁊ fide nõ ficta nõ ẽ nisi charitas creata. ergo ⁊c. ¶ Item finis bone volũtatis est illud quo habito volũtas nihil vltra q̃rit. sed habita charitate adhuc volũtas vltra querit aliquid videlz ipm deum. immo quãto maiorem hz charitatẽ. tãto magis querit. ergo videtur ꝙ charitas nõ habeat rõnem finis. ¶ Item quod est pondus in corporibus hoc est amor in spiritibus. sed põdus in corporibus nullo mõ dr esse finis motus localis. ergo amor in spiritibus nullo modo dicetur esse finis appetitus rationalis. ergo nec volũtatis. ¶ Item finis ⁊ ꝓncipiũ sunt distincta. sed charitas est radix oim bonaꝝ affectionũ. si ergo finis cõsequitur illud qõ est ad finẽ. ⁊ charitas est radix. videtur ꝙ nullo mõ debeat dici finis bone volũtatis. ¶ Respõ. dõm ꝙ magr recte dicit in eo ꝙ finem omnis bone volũtatis charitatẽ assignat. secutus est em̃ in hoc apli doctrinam ⁊ beati Aug. Nam apls expresse dicit ꝙ charitas est cõsummatio p̃cepti ⁊ plenitudo legis. Augu. etiã dicit in enchi. ꝙ oĩa p̃cepta diuina referunt⁹ ad charitatem. Et in li. de doctri. xp̃ia. ostẽdit ꝙ ad charitatis mãdatum cõmendandũ ordinat⁹ tota scriptura. et ita charitas non tm̃modo est finis bone volũtatis: sed etiã toti⁹ sacre scripture et cognitionis fm pietatẽ. Licet aũt deus vel beatitudo siue xp̃s possit dici finis bone volũtatis. maluit tñ magr dicere ꝙ charitas sit finis ꝓ eo ꝙ cõpleta ratio fruẽdi cõpetit ipi charitati. ¶ Cũ em̃ dupl⁹ dicatur finis. vcz finis in quo quiescit et finis quo quiescitur. Et finis quo quiescitur. dicitur dupl⁹ vel simpliciter. vel vt nunc. quolibet istorũ modoꝝ charitas est finis bone voluntatis. Nam charitas increata que deꝰ est. de qua dr. j. Lañ. Job. deus charitas est. est finis in quo quiescitur. Charitas vo creata ⁊ cõsummata. vt pote charitas patrie est finis quo quiescit simpl⁹ in deo. Charitas vo inchoata vt pote charitas vie est finis quo quiescitur in deo vt nunc. Sicut em̃ locatũ nõ quiescit in loco nisi mediãte pondere. sic ala in deo non hz quietari qui est eius locus ⁊ finis vltimus nisi mediãte dilectione que hz cõsiderare bonum sub ratione boni. Bonũ autẽ sub ratione boni simul tenet rõnem finis ⁊ amabilis. ⁊ ꝓpterea intẽtio finis potissime attribuitur charitati. Concedende sunt igitur rõnes que hoc ostendũt. ¶ Ad illud ergo quod obĩcitur ꝙ xp̃s est finis p̃cepti. dicẽdum ꝙ per hoc nõ excluditur quin charitas sit finis. Nam ⁊ si xp̃us sit finis in quo quiescit. nihilominus charitas põt esse finis quo quiescitur in xp̃o. Rursus charitas fm ꝙ est finis in quo quiescimus ꝓuenit toti trinitati ⁊ tõ simul possunt hec duo stare ꝙ xp̃s sit finis legis. ⁊ charitas similr. ¶ Ad illud quod obĩcit ꝙ de charitate ꝓuenitur ad sapientiã. ergo sapientia est excellentior. dõm ꝙ hz ꝙ Ber. ibi loquit⁹ de sapiẽtia. sapiẽtia nõ dicit aliud donũ q̃ charitas. sed nouum statum eiusdem doni. ita ꝙ charitas cõiter accepta distinguitur ꝓtra charitatẽ dictam appropriate. ꝓout tñ charitas cõiter describitur sic cõtinet ⁊ amorẽ ⁊ sapientiã. ⁊ hoc mõ ponitur esse finis ꝓcepti.
¶ Ad illud qõ obĩ⁹ ꝙ finis est illud quo fruendum est. dõm ꝙ fm ꝙ finis dr dupl⁹. fz quo quiescitur ⁊ in quo quiescitur. sic etiã frui aliquo dicit⁹ dupl⁹. Aut sicut obiecto aut sicut dispositiuo. ⁊ vtroqz mõ charitate fruimur. Nam charitate que deus est fruimur sicut obiecto. charitate que habitus est fruimur sicut dispositiuo. ⁊ sic ptz ꝙ illud nõ obuiat ꝓposito. ¶ Ad illõ quod obĩcitur ꝙ voluntas habito fine suo quiescit. dicendus ꝙ illud verum est quãdo habet finẽ suum cõplete. charitas autem ⁊ si in via habeatur. non tamen habetur complete. Ignis em̃ est in syon. ⁊ caminus in bierl'm. cum aũt habebitur in patria. nihil vltra queretur ꝓ eo ꝙ per eam habebitur bonum in creatum in quo consistit finis ⁊ quietatio oĩm nostroꝝ desideriorum. ¶ Ad illud quod obĩcitur ꝙ pondus in corporib⁹ nõ est finis motus. dõm ꝙ non est sic. quia pondus reperitur in corporibus tam in absentia loci debiti q̃ in ꝓsentia. charitas aũt nunq̃ est in aĩa nisi deo ꝓsente. Unde ois qui habet charitatem hz deũ. ⁊ ꝓpterea dum ois nostra operatio ad habẽdum deũ ordinat⁹. ordinatur ad habẽdam charitatẽ nõ sic aũt est de pondere. qz nõ quodlibet corpus habens põdus hz locum sibi debitum. ¶ Ad illud quod obĩcit ꝙ finis ⁊ ꝓncipiũ sunt diuersa. Rident aliqui ꝙ charitas differenti mõ est ꝓncipium ⁊ finis. nam ꝓncipiũ est boni operis fm esse inchoatum. ⁊ finis ẽ fm esse cõsummatũ ⁊ perfectũ. Ad hoc em̃ vnus quisqz bene operat⁹. vt in eo dei amor ⁊ charitas augeat. Aliꝫ põt dici ⁊ ꝓbabilius ꝙ sicut ista tria. modus. spẽs ⁊ ordo. sup idem fundant⁹. ⁊ tñ modus dicit comparationẽ ad efficiens. ⁊ spẽs ad formãle exẽplar. ⁊ ordo dicit cõparationẽ ad finẽ sic charitas respectu boni opis põt habere ⁊ rõnem efficientis ⁊ finis fm diuersas cõparationes. Charitas em̃ ꝓtinuat voluntatem nostrã ipsi deo vt ꝓncipio mouẽti. ⁊ cõformat vt regule dirigenti. ⁊ iungit vt fini quietãti. ⁊ ideo sicut ipe deꝰ hz rõnẽ efficientis inq̃tum mouet. ⁊ formalis inq̃tũ dirigit ⁊ finalis inq̃tum quietat. sic ⁊ ipa charitas respectu opis rõnem hz istiꝰ triplicis cause. nec est incõuenies: qz fm phm tria genera cauꝝ possunt in vnũ coincidere. Et sic ptz ꝙ ⁊ si charitas sit principium boni operis. nihilominus põt esse finis fm diuersas cõparationes. ¶ Et per hoc ptz rñsio ad illud quod vltimo que rebatur quare charitas dicitur radix ⁊ forma virtutũ ⁊ finis. hoc enim dicitur fm diuersas comparationes nostre voluntatis ad diuinã voluntatem. dicitur etiam super hoc vinculum perfectionis in comparatione ad primos qui nobis vinculo charitatis iungnntur.

Questio. iij Utrũ bone voluntatis sit vnꝰ solus finis. an possint esse plures. Et ꝙ vnꝰ solus vꝫ Deut. vj. Diliges dñm deũ tuũ ⁊c. glo. Non vult deus suũ amorẽ partiri vt simul cũ ipo aliud diligam⁹: ergo q̃cqz sibi diuersos ꝓstituit fines. nõ facit qõ deꝰ vult. ⁊ si non facit qõ deꝰ vult. nõ hz bonã voluntatẽ. ¶ Itẽ sup illud phꝫ. j. Sive ꝓ occasionẽ sive ꝓ veritatẽ. glo. Quisqz a deo aliud q̃ deũ q̃rit. nõ caste diligit. fz illa volũtas bona est q̃ nõ aliud q̃ deũ diligit. ergo nulla volũtas est bona que aliud q̃ deũ querit.
¶ Item sicut status est in ꝓmo principio. ita ⁊ in fine vltimo. fz primũ ꝓncipiũ in quo est stat⁹. nõ est nisi vnicũ. ergo si finis hz rñdere ꝓncipio. videt⁹ ꝙ bone volũtatis nõ hz statui nisi finis vn⁹. ergo si volũtas statuit sibi fines plures non facit qõ hz. ergo nõ est bona. ¶ Item quicũqz diuersos fines intẽdit hz cor suũ diuisum. sed q̃ cor suũ diuidit. non diligit deũ ex toto corde. nec in toto corde q̃rit deum. ⁊ quicũqz talis est. deo nõ placet q̃ ꝓcipit se ex toto corde amari. ⁊ vult totũ cor possidere. ergo nõ videt⁹ ꝙ bona volũtas possit esse que sibi statuit diuersos fines. ¶ Sed ꝓtra. j. Corin. ix. sup illud. Quoniam hz in spe qui arat ⁊c. glo. Predicator⁹ qui corda aperit vel fidẽ debet arare in spe stipendioꝝ tpalium. ergo videt⁹ ꝙ bona voluntas non tm̃ possit sibi ponere finem spiritualem. sed etiam

tempoꝛalem

tēporalē. ergo vr̄ q̄ possit diuersos fines habere. ¶ Jtē Luc. xv. Quāti mercēnarij in domo patris mei ꝛc. dicit Ambro. q̄ multi sunt mercēnarij q̄ abūdāt spe fide ꝛ charitate, sed mercennarius statuit sibi finē creatū. videlz aliquā mercedē q̄ est brītudo ercata. Si em̄ solū finē mcreatū sibi statueret. tā non esset mercēnarius sed filius. ergo si ꝓtingit esse bonos mercēnarios. ꝓtingit bonā volūtatē br̄e fines diuersos. ¶ Jtē bonū additū bono facit maius bonum. ergo si vnus bonus finis facit voluntatē bonā. ergo multo fortius multi boni fines. ergo vr̄ q̄ tāto voluntas melior sit quāto plures statuit sibi bonos fines. ergo nō est necesse q̄ bona voluntas habeat vnū solum finē. ¶ Jtē sicut ꝓcupiscibilis appetit dulcedinē. ita irascibilis appetit celsitudinē. ꝛ rōnalis appetit pulcbritudinez. si ergo pulcbritudo nō trīm est finis rōnalis sed ēt pfectio. ꝛ sic de alijs ꝛ pluriū pfectibiliū plures sunt pfectiones cū sint in nobis tres vires diuerse, quibus sursum ꝙuertimur. videlz rōnalis ꝓcupiscibilis. ꝛ irascibilis. vr̄ q̄ in oī bona actione ꝛ volūtate sit assignare diuersos fines. ¶ Rñ. dōm q̄ bone voluntatis vnus solus est finis principalis. propter qō intelligendum q̄ plures fines statuere boc pōt eē triplr. Uno mō ita q̄ finis sit sub fine ꝛ ppter finē. Alio mō ita q̄ vnus sit finis principalis. alter nō principalis. ita trīm q̄ finis nō principalis nō referat ad principalē actualiter. Tertio mō ita q̄ vterq; sit finis principalis. Exēplū aūt huius assignari pōt in eo qō frequenter accidit videlz cū ḡs vadit ad ecclīam ad ꝙcipiēdas distributiones. boc em̄ pōt facere triplr. Aut ita q̄ principalr intendit bonorē ꝛ glorīā dei cū vadit ibi decātare laudes. Et simul cū boc intēdit obtinere pecuniā vt pauperibus distribuat. vl̄ in alios vsus licitos ad bonorē dei ꝙuertat. Alio mō pōt aliquis ire ad ecclīam intēdens deo placere. ꝛ simul cū boc pecuniā acq̄rere. ita trīm q̄ eius acquisitionē ad deum nō refert. nec trīm ipsam pecuniā statuit finē principalē. p eo q̄ ipsam nō diligit ppter se. Tertio mō vadit ḡs ad ecclīam duplicata intentione. ita q̄ vult deo placere ꝛ vult obtinere pecuniā. quam sicut auarus appetit acq̄rere vt possit tbesaurū suū ampliare. ꝛ in eo delectari ppter se. Primo mō statuere diuersos fines est bonū ꝛ meritoriū. ꝛ ptinet ad bonā volūtatē. Scōo mō statuere diuersos fines nō est bone volūtatis. loquēdo formaliter. attm̄ nō sic repugnat quin possit cū ea stare. est enim ibi pctm̄ venīale nō mortale. Et boc vult dicere Aug. in li. ꝓfes. cū ait. Minus te amat qui tecū aliquid amat. qō non ppter te amat. Tertio ꝙo modo statuere diuersos fines non est bone volūtatis. immo contra bonam voluntatem. talis enim vult duobus dñis seruire. ꝛ boc est impossibile. sicut ꝺr Mat. vj. Qñ em̄ sic principaliter duos intendit fines. verificatur illud ꝓpbeticum. Coangustatum est stratum. ita vt alter decidat. ꝛ pallīū breue vtrūq; operire nō pōt. ꝛ talis est voluntas bypocritaꝝ quibus ve damnatiōis eterne cōminatur scriptura p eo q̄ terram ingrediuntur duab⁹ vijs. Et ideo ꝺr Eccl. ij. Ne accesseris ad ipsum duplici corde. qui em̄ accedit in corde. ꝛ corde bypocrita est. ꝛ qz gaudīū bypocrite ad instar puncti est. ideo ꝺr Osee. x. Diuisum est cor eoꝝ nunc interibunt. Bic igitur ex dictis colligīr q̄ bone voluntatis plures possunt esse fines. ita q̄ vnus sit finis principalis ꝛ alter nō principalis. siue finis sub fine. Plures aūt constituere fines principales bone volūtatis repugnat sicut ostēdūt rōnes que ad primam partem inducuntur. Cū em̄ vnum solū sit summū ꝛ verū bonum qō quietar bumanum desiderium. necesse est q̄ volūtas bona ad boc
22 q̄ recta sit statuat sibi finem vnicū. ¶ Ad illud ergo qō primo obr̄ in contrarium q̄ qui arat ꝺr in spe arare. dōm q̄ ipsa glo. illam objectionem dissoluit. dū seipsam manifestat in sequentibus. facit em̄ vim in boc qō ꝺr in spe. non ppter spem. Nam p pter dicit finem principalem. in vero nō trīmodo dicit finem principalem. immo etiā finem qui ꝓtinet infra finem. Et ideo ex illo verbo nō sequīr q̄ aliquis possit sibi plures fines principales statuere. immo si recte intelligat. potius sequīr oppositū. ¶ Ad illud qō obr̄ q̄ mercēnarius statuit sibi finē creatū
23 dōm est q̄ est bonus mercēnarius ꝛ mal⁹. ꝛ malus mercēnari⁹ in duobus differt a bono. Primo quidē qz malus mercēnari⁹ statuit sibi finem creatū. quo babito non necessario br̄ deus. Bonus ꝙo mercēnarius statuit sibi finē creatū. quem br̄e nō est aliud q̄ br̄e deū sicut ipsam fruitionē dei. Scōo ꝙo differt in boc q̄ malus mercēnarius statuit sibi finē creatū tāq̄ prīn cipalē. bonus ꝙo mercēnarius statuit sibi finē creatū tanq̄ finem sub fine. Nō em̄ amat deū ppter fruitionē. sed fruitionez ppter deū. Et ideo ex boc nō br̄ q̄ finis bone volūtatis pluri ficet. ¶ Ad illud q̄ obr̄ q̄ bonū additū bono facit maius bo 24
num. dōm q̄ illud verū est qñ additio boni ad bonuz fit saluo ordine. cū em̄ bonitas necessario ponat ordinem. si additio boni ad bonum tollat ordinē bonū nō auget. sed potius perimit Quia ergo pluralitas finium principalium ordinez nō seruat. qz p̄m rectum ordinem status ꝺr esse in vno. ꝛ vnicuz ꝺr esse vltimum binc est q̄ pluralitas finium principaliū bonitatē volūtatis non augmentat. sed potius ipsam voluntatem deprauat. qz dum vult placere vni displicet alteri. ꝛ dū vult assequi vnum. perdit reliquum. ¶ Ad illud qō obr̄ q̄ rōnalis appetit 25
suam pulcbritudinem ꝛ concupiscibilis dulcedinē ꝛc. dōm q̄ pulcbritudo celsitudo ꝛ dulcedo pōt dupliciter accipi. Aut p ut est perfectiua ꝛ informatiua virtutis aīe. aut ꝓout est ipsius aīe motiua. Primo modo tenet rationem finis sub fine. et sic plurificari pōt p̄m diuersitatem dotium anime. Scōo mō ꝓout. s. tenet rationem obiecti ꝛ motiui. sic vnitatem babet. Nam in deo idem est pulcbritudo celsitudo ꝛ dulcedo. ꝛ sic tenet rationem finis principalis. Et sic ꝑ q̄ q̄uis plures fines non principales contingat constituere. trīm ad boc q̄ voluntas sit bona. necesse est vnum solum finem esse principalem. Nam aliter nō diligīt deus ex toto corde.

Questio. iiij Utrū male volūtates babeant vnis D
+cum finē. Et q̄ sic vr̄ Aug. sup illuz locū pṡ. Scrutans corda ꝛc. Finis cure ꝛ cognitionis bumane est delectatio ad quam quisq; nitīr puenire. si ergo oēs voluntates male finaliter querūt delectationem. vr̄ q̄ oīm volūtatum malarum sit vnū finem assignare. ¶ Jtē malarū voluntatuz est frequentius vnus malus exitus siue terminus. sicut ꝺr Ro. vj. Quoz finis mors est. ergo si earū ꝓtingit esse vnuz terminū pari rōne vr̄ q̄ ꝓtingat esse vnū finem vltimū. ¶ Jtē que conueniunt in principio conueniūt ꝛ in fine vltimo. sz oēs male voluntates conueniunt in principio. sicut dicit Augu. in li. de vera relig. Planum est inq̄t in toto malefaciendi gñe nibil aliud q̄ libidinem dñari. si ergo conueniunt in vno principio. vtpote in libidine. vr̄ pari rōne q̄ conueniant in vno fine. ¶ Jtem vicium imitatur virtutem p̄m apparentiam. vñ sicut virtus nūq̄ quiescit citra beatitudinem verā. ita viciuz inquirit beatitudinem simulatam. ergo sicut oēs virtutes faciūt tēdere voluntatem ad vnum finem. s. beatitudinem. sic vr̄ q̄ oia vicia faciant tendere voluntatem ad vnum finem. s. qui babet similitudinem cum vero fine. ¶ Sed contra. Contrariarū voluntatum contrarie sunt delectatiōes. vbi aūt sunt delectationes contrarie. ibi sunt fines diuersi. sed voluptates faciūt voluntates sibimuicem repugnare. ergo faciunt diuersos fines babere. ¶ Jtem mala voluntas ponit finem in creatura. sed ipossibile est q̄ in vna creatura inueniat nīa voluntas sufficientiā cum nibil sufficiat volūtati bumane nisi sola trinitas si ergo volūtas nō quiescit nisi in eo fine in quo ponit sufficiētiam. vr̄ necessario q̄ voluntas mala diuersos sibi fines cōstituat. ¶ Jtem male volūtatis appetitus ortuz ꝛ radicem ḃz ex libidine. sed libido est id quo quis amat bonum ꝓprium. si ergo bonum ꝓprium necessario diuersificat in diuersis. necesse est diuersarū volūtatum diuersos fines reperiri. ¶ Jtem vnitas ꝛ conformitas volūtatum bonarum venit ex vnitate amoris in quo vniunt ꝛ colligant. si ergo amor in quo diuersi colligant ꝛ vniunt vnicam ḃz babere radicem in pluribus repertam cū boc nō ꝓueniat amor libidinis. sed solum amori charitatis qui est amor spūsancti. videtur q̄ malarum voluntatum nō sit finis vnicus sed diuersi. ¶ Rñ. dōm q̄ econtrario est in bo 26
nis volūtatibus ꝛ in malis. Nam bonaruz volūtatum vnicus est finis. siue bone volūtates sint diuerse diuersitate materiali. siue diuersitate formali. Diuersitatem aūt materialez voco q̄ plures boies in eodē gñe affectionis afficiunt circa aliq̄d. Diuersitatem aūt formalē voco qñ idem bō diuersis habitib⁹ virtutum afficit circa diuersa. Sive em̄ sic sive sic ḃz cōtingat plures fines p̄mos ꝛ ꝓpios assignare. trīm finem vltimum ꝛ principalē necesse est esse vnicū. videlz ipm deuz. Et rō huius est pfectio amoris mouentis. ꝛ pfectio appetibilis quietātis. Quia em̄ amor charitatis liberalis est. ꝛ nō querit qō suū est, sed cōe bonū. binc est q̄ plures boies ex charitate moti. idem

bonū appetūt finaliter. Rursus. q: appetibile illud cōpletissi
mū est in quo nō solū, ꝓtingit reperiri bonū pfectū. sed etiā oē
bonū. hunc est ꝙ oēs volūtates quātūcūq; diuerse inueniūt fi
nē suū in quo quietantur. Ecōtra est in malis volūtatibus p
pter impfectionē amoris appetibilis. Propter impfectionem
nāq; amoris libidinosi. voluntates solo numero differētes di
uersos habēt fines. ppterea ꝙ amor libidinosus semp q̄rit qō
suum est. ꝛ q: semp querit bonū ppium. iō ꝛ si multi ex amore
libidinoso ꝓueniāt in actū vnū. tū vnusquisq; querit finē suū
ppium. vt ꝑz in adultero ꝛ meretrice. q: iste querit delectatio
nē ꝛ illa querit nūmum. Propter impfectionē etiā appetibilis
necesse est diuersas voluntates formal'r differētes bre diuer
sos fines. q: cū luxuria appetit iocunditatē ꝛ letitiā. ꝛ auari
cia sufficiētiā. ꝛ superbia excellētiā. ꝛ hec oīa nō ꝓtingit reperi
ri circa eādē rem creatā. sed circa diuersas. Hinc est ꝙ volun
tates male differētes formal'r nō vnum sed diuersos fines si
bi ꝓstituūt. Cū ꝓcedende sunt rōes q̄ hoc ostendunt. ¶ Ad il
lud qō primo obī ꝙ delectatio est finis cure ꝛ cogitatiōis. Di
cendum ꝙ in rōne illa est figura dictionis ꝑ eo ꝙ nō eadē de
lectatio est finis cure ꝛ cogitationis humane sed diuerse. vn
de stat ibi delectatio in sua ḡnalitate. ꝛ magis ꝑz ibi suppositi
onē simplicē ꝑ psonalē. ꝛ iō cum p delectationē descēdit ad
finis vnitatē. fit sophistificatio ꝑm figurā dictionis excōmuta
tione suppositionis. ¶ Ad illud qō obī ꝙ malarū voluntatū
est vnus malus exitus. ergo vnus malus finis. dōm ꝙ nō est
sic'. Nā male voluntates differunt in ꝓuersione sed ꝓueniunt
in auersione. ꝛ malus exitus principalius respicit auersionem
q̄ ꝓuersionē. finis vo mouēs principalius respicit ꝓuersionē
q̄ auersionē. iō nō sequit ꝙ cū finis sit vn' exitus quo ad mo
tē dānationis ꝙ ꝑm hoc sit vnus finis motiuus quātū ad q̄e
tē delectationis. ¶ Ad illud qō obī ꝙ voluntates male ꝓueni
unt in principio videlz in libidine. dōm ꝙ in principio nō ꝓue
niunt nisi ꝑ quādā ꝓformitatē. Nā alia est libido in vno. ꝛ alia
in altero. ꝛ iō nō sequit ex hoc ꝙ ꝓueniāt in finē vnicū. Attū ꝛ
si in principio ꝓuenirēt. nō ppter hoc necesse esset ꝙ ꝓuenirēt
in termino. Nā malū semp pcedit in dispersionē. bonū vo sem
per redit ad vnitatē. Quanto cū aliq̄d magis colligit. tanto
magis vigorat. ꝛ est pfectius. quāto vo magis dispergit tan
to magis recedit a pfectione ꝛ cōplemēto. Et iō dicit pbūs ꝙ
malum est multifarie. ꝛ bonū vno mō. ¶ Ad illud qō obī ꝙ vi
cium imitat virtutē. dōm ꝙ sic imitat ꝙ plus ꝑz de dissimilitudi
ne ꝑ similitudine. magis enim virtuti contrariatur ꝑ ei ꝓfor
metur. ꝛ ideo potius inferri pōt ꝙ male voluntates habeāt fi
nes diuersos si bone habent vnicum ꝑ econuerso. q: enim in
hoc consistit perfectio virtutis. vicium magis in hoc a virtute
deficit ꝑ eā imitari possit. Et sic ꝑz ꝙ malarum voluntatū nō
est vnus finis sed diuersi.

Consequēter q̄rit de scōo principali. videlz de
dīa intētionis ꝛ voluntatis. Et circa hoc q̄
tendif meritū exteriorispoperis. Et fm magnitudinē libidinis
attenditur magnitudo exteriorispcti. si ergo charitas vt dicit
Bern. respicit intentionē. ⁊ sil' libido q̄ dicit quietatio nem in
bono creato. ergo vī q̄ quātitas ois moralis opis fm intētio
nez mensuref. ¶ Itē si aliq̄s opus de natura sui gñis est venia
le pctm. nihilominus ille qui facit illud moraliter peccat si in
tēdit peccare moraliter. hoc aūt nō esset nisi opus reciper quā
titatē in gñe moris ab intentione. ergo ⁊c. ¶ Sed ꝓtra. si quā
tum q̄s intendit tm facit. ergo si Linus siue aliq̄s alius paru⁹
sctūs intenderet mereri gloriā petri. mereretur gloriā petri. ⁊ si
ampli⁹ intenderet. amplius mereref. ergo bīti minozē charita
tem redderef maius premiū. qō est plane falsum. ¶ Itē si quā
tum q̄s intendit tm facit. ergo si aliq̄s adulterās intēdit pecca
re venialiter. peccat venialiter. si ergo hoc est plane falsum. ma
nifestū est q̄ quātitas opis non causaf ex quātitate intentiōis
¶ Itē quāto aliq̄s est humilior tāto minus boni credit se face
re. sed intentio sequif credulitatē. qz fides dirigit intentionem
ergo quāto q̄s humilior est. tāto minus bonū intendit facere si
ergo bonitas operis mensuratur penes quātitatē intentionis
vī q̄ quāto q̄s esset humilior. tanto opus eius esset min⁹ bonū
sed hoc est plane falsum. ergo ⁊c. ¶ Itē vnus simplex cuz facit
parū pctm credit esse grauissimū pctm. alius impius ⁊ iniqu⁹
cum facit maximum peccatum credit se valde parum peccare.
Si ergo opus mensuratur penes intentionē. videtur q̄ iniqu⁹
⁊ malicios⁹ minus peccet in enormi genere pcti q̄ vnus sim
plex in genere peccati quantūcunq; leui. Si igitur hoc est pla
ne falsum. ergo ⁊ illud ex quo sequitur. vicz q̄ quantitas opis
cozrespondeat quantitati intentionis. ¶ Rñ. dicēdum q̄ sicut
in precedenti problematе duplex distinguif qualitas intētio
nis. sic ⁊ in hoc intelligendū est q̄ quātitas intētiōis dupl'r po
test intelligi. vicz aut rōne actus intēdendi. aut rōne ipsius in
tenti. Et fm hoc distinguif ista locutio dupl'r. quantum inten
dis. tm facis. Quia tm ⁊ quantū pñt esse nōia vl' aduerbia. Si
q̄tum ⁊ tm sint aduerbia tūc dicunt quātitatē actus intendēdi
⁊ tunc est locutio vera gñaliter. siue respectu bonoz siue respe
ctu maloz. qz quātum actus intēdēdi est intensus in bonitate ⁊
malicia. tm opatio exterior est bona vel mala. Oē enī meritum
⁊ demeritū ad actū volūtatis reducif. lz circūstātie exteriores
aliquo mō faciant ad maiorē volūtatis deprauationē. Si autē
quantū ⁊ tm sint nōia. tunc dicunt quātitatē ex parte intenti. ⁊
sic nō est gñaliter verus ille sermo. qz opus exterius factū non
semp cōmensuratur ei qō intentio intendit. Frequēter enī intē
dit homo facere magnū bonū ⁊ facit parū. qz modicā hz cha
ritatē. Habet tm aliquo mō veritatē in malis vicz intendēdo lz
nō diminuendo. ⁊ prout tm ⁊ quantū dicūt quandā cōparatio
nem proportionis nō cōmensurationē equalitatis. Unde q̄ intē
dit multū peccare multū peccat. qualecunq; opus faciat. Non
tm qui intendit parum peccare parum peccat. maxime si op⁹ fa
cit qō multum hz de deformitate. Ex his pz rñsio ad qōnem p
positā. Concedo enī q̄ quātitas bonitatis ⁊ malicie in ope cor
respōdeat quātitati bonitatis ⁊ malicie in intentiōe. fm q̄ qua
titas intentionis attendif q̄tum ad actū intendendi. sicut rō
nes ad primā partē inducte ostēdunt. Cōcedo etiā nihilomin⁹
q̄ quātitas opis nō semp correspōdet quātitati intentiōis. fm
q̄ quātitas intentiōis attendif ex parte intēti. sicut ostendunt
rōnes que ad scōam partē inducunf. ¶ Ad alias tm duas rōes
que vltimo inducunf rñderi pōt q̄ non cogunt. pro eo q̄ nō est
idem dicere de aliquo q̄ credit facere magnū vel parū bonus
siue malū qō intendit. Illud enī est estimatio aliud est intentio
⁊ q̄uis opus sequatur estimationem. non tamen sequitur p in
tentionem. Preterea. ille due rationes sicut ⁊ alie procedūt de
quātitate intētiōis a parte ītēti. Quamuis enī humilis homo
parum ītēdat facere. nihilominus tm magne bonitatis est eius
intentio. dum ex magna virtute mouetur ad illud faciendum.
Similiter cū iniquus homo ītēdit modicū malum facere. tm qz
ex magna libidine facit. multū seu valde est prava eius intētio
dum nimium adheret bono creato. ⁊ ideo non sequif q̄ minus
peccet ille qui magis est malicios⁹.

Questio. iij. De bonitate operū q̄tum ad necessita
+tem. vtrū vicz intētio absq; bonis ope
ribus sufficiat ad vitā eternā. ⁊ q̄ sic vī Bern. de. li. ar. Inten
tio sufficit ad meritū. bona actio requirif ad exemplum. ergo vī
q̄ q̄tum ad meritū vite eterne nō sit necessaria bonitas actiōis
exteriozis. ¶ Itē sup illud p̄s. Dixi cōfitebor. Hie. Notū pro
opatione iudicaf ergo tm valet bn velle quantū velle ⁊ opera
ri. ergo ⁊c. ¶ Item Greg. in quadā omel. Non est vacua man⁹
a munere. cū arcba cordis repleta fuerit bona voluntate. ergo
plenitudo intentionis ⁊ volūtatis equiualet plenitudini opera
tionis. igitur sine illa pōt sufficere ad salutē. ¶ Item mereri vi
tam eternā est in potestate nostra sed opera exteriora non sunt
in potestate nostra. ergo vī q̄ opera exteriora nō sint necessa
ria ad merēdum vitā eternā. igitur ad meritū vite eterne vī suf
ficere intentio sola. ¶ Item intentio ⁊ volūtas nō pendent ex
opere. ergo opere nō exīte pōt esse bonitas tam in volūtate q̄
in intētione. sed qui habet bonam volūtatez ⁊ intentionē est iu
stus. ⁊ ois talis habet qō sufficit ei ad vitā eternā. igif ad meri
tum vite eterne vī intētio sufficere absq; exteriori operatione.
¶ Sed ꝓtra Mat. xxv. Esurivi ⁊ nō dedistis mihi mā. ita dīs
dicet reprobis. ⁊ ꝓpter hoc feret sentētiam damnationis cōtra
eos. si ergo ꝓpter defectum bonorum operum quis damnatur
exercitiuz bonorum operum est ad salutem necessarium. ergo i
tentio sine operibus non sufficit ad meritum. ¶ Item in cano
nica. Ja. ij. Fides sine operibus mortua est. sed non est efficas
cioz ad merendum intentio q̄ fides. ergo si fides nō sufficit ad
meritum sine operibus. pari ratione nec intētio. ¶ Item Gre
go. in quadā omel. Amor dei nō est ociosus. operatur enim ma
gna si est. si aūt operari negligit. amor nō est. ergo si opera non
assunt. nō adest veritas amoris. sz nihil est meritoriū vite eter
ne absq; vero amore charitatis. ergo circūscriptis operibus in
tentio nō sufficit ad meritū. ¶ Itē philosophus dicit q̄ ad vir
tutem tria requiruntur, vicz scire velle. ⁊ impmutabiliter operi

ergo

ergo si non est opatio. non est salua virtutis rō. sed vbi non salvatur virtutis ratio. nec poterit saluari sufficiētia meriti. g̃ vī q̄ absq; opatōe vitā eternā nō ꝓdigne nec sufficiēter meremur ¶ Item si sola intentio vel voluntas interior sufficeret ad meritum. sed babēti gr̃am facillimū est velle bonū. ergo facillimū est mereri. vitā eternā. cui' ꝓtrariū dicit dñs Mat. vij. q̄ arta
18 est via q̄ ducit ad vitā. ¶ Rñ. dōm q̄ cū queritꝝ vtrū intentio t voluntas interior sufficiat ad meritū absq; opere exteriori. distinguendū est. Aut em̄ ille qui habet intentionē. habet facultatem bene operādi aut non. Si nō ꝫ facultatē. cū nemo obligetur ad impossibile. si bonā ꝫ voluntatē t directam intētionē tunc sola plenitudo voluntatis interne sufficit ei ad meritum vite eterne absq; exteriori operatione. Si aūt assit facultas. et se offert opoꝛtunitas. intētio non pōt ad meritū sufficere absq; opere. Ratio aūt huius est diuini mandati obligatio. t virtutis pfectio. t volūtatis plenitudo. Diuini mādati obligatio facit vt intētio sine operib' non sufficiat. cū se offert opoꝛtunitas t facultas. Omandata em̄ dei non solū obligant ad volendu ſz etiā ad faciendū. t ideo q̄ non implet diuina mādata cū possit potius merek̄ iram q̄ merek̄ gloriā. Virtutis etiā perfectio est ratio quare nō sufficit sola intentio. qm̄ virtus est vltimū potētie. t ideo eleuat potentiā ad aliq̄d magnū t arduu. potentie aūt ale non habent suā virtutē siue perfectionē completam nisi exeāt in opera sibi debita qm̄ adest facultas t opoꝛtunitas. Et ideo illa intentio qua quis vult t intendit bonum t tm̄ non faciet cum possit. non est intentio virtuosa. ac per hoc nec meritoria. Volūtatis etiā plenitudo ratio est quare nō sufficit sola intentio. qm̄ plena voluntas ponit effectū si assit facultas. alioq̄n nō dicīt plene homo aliq̄d velle si non facit cū possit facere. sed semiplene t pigre vult sicut piger q̄ vult t non vult. Et ꝓpter ea dicit Greg. q̄ nemo debet sibi blandiri de bona voluntate. immo ad dilectionē conditoris lingua. mens t manus requiritur. t sicut boztak nos be. Joh. j. Lañ. j. Diligere debem' nō solum verbo t lingua. sed ope t veritate. qm̄ igitur cū adest facultas t se offert opoꝛtunitas. absq; operib' exterioꝛib' nec est mādatoꝛ dei impletio. nec virtutis pfectio. nec voluntatis plenitudo. t absq; his nō est sufficientia meriti. hinc est q̄ ad meritū vite eterne non sufficit bonitas intentiōis absq; bonitate ope-
19 ris exterioꝛis. Et rōes que hoc ostēdunt ꝓcedende sunt. ¶ Ad illud ergo q̄ primo obiicitur in contrarium de Bern. q̄ bona intentio sufficit ad meritū. Dōm q̄ loquitur de intentione illoꝝ operum que non sunt in ꝓcepto non ratione aliꝝ que in ꝓcepto sunt. Vel dōm q̄ loquitur in eo casu qñ ſcz nō adest
20 facultas bene operandi exterius. ¶ Ad illud q̄ obiicit q̄ voluntas ꝓ facto reputatur. Dicendum q̄ verum est quādo nō
21 se offert bene operandi opoꝛtunitas t facultas. ¶ Ad illud vero Greg. q̄ non est vacua manus a munere ꝛc. Dicendum q̄ faciēda est vis in hoc q̄ dicit. cum arcba cordis repleta fuerit bona voluntate. nunq̄ em̄ sicut dictum est prius plene bonam voluntatem habet qui potest facere bonum illud cuius habet voluntatē t ad fructum non peruenit. ¶ Ad illud q̄ obiicitur q̄
22 opera non sunt in potestate nostra. dicendum q̄ hoc solum concludit q̄ in eo casu sufficit intentio quando deest facultas ad ꝓficiendum operationē bonā. ¶ Ad illud q̄ obiicit q̄ bona vo-
23 luntas nō pendet ex opere. Dōm q̄ verū est. attamen cuꝝ adest facultas plena. volūtas necessario ponit bonū opus ita q̄ si bonum opus non ponitur. aut nunq̄ volūtas fuit plena aut desinit esse plena. Qō ergo sine operib' nō sufficiat. hoc non est. q: plenitudo bone volūtatis ex operib' pendeat. sed q: bona volūtas si plena est. necessario in bona opera redūdat. offerēte se facultate t opoꝛtunitate.

Consequēter querit̄ q̄tuꝝ ad scōꝫ principale de bonitate quā opera superaddūt bonitati intētionis. Et circa hoc querunt tria. Primo quaritur vtrū aliq̄d addāt opera bonitatis vel meriti supra bonā intentionē rōne prerogatiue dignitatis. Scōo queritur vtrum addant ratiōe quantitatis ex parte dati. Tertio queritur vtrū aliquid addāt ratione numerositatis.

Questio. j. Utrū opera exteriora aliq̄d addāt supra bonā intentionē ratione sue excellentie t dignitatis. sicut sunt opera priuilegiata. Et q̄ sic videk̄ sup illud Phil. j. Que sit supereminens magnitudo. glo. Quoddaꝫ incrementū gloriē habebūt summi doctoꝛes vltra id qō cōiter habebunt alij. hoc aūt nō est nisi rōe doctrine quā alijs cōicāt. ergo ꝛc. ¶ Item cōiter in ecclesia magis solennizant martyres q̄ cōfessoꝛes. sed cōstans est q̄ ecclesia sctis exhibuit honoꝛem ꝑm meritoꝛ suoꝛ exigētiā. ergo maioꝛi gloria digni sunt q̄ moꝛtem ꝓ xp̄o patiunt q̄ illi qui pati volūt. ¶ Item xp̄s nobis aliquid meruit p passionē qō ante nō meruerat nobis. vtpote apostolorum et multoꝛ carismatū diffusiones. si ergo charitas xp̄i fuit eminētissima ab instanti ꝛceptiōis. t maioris fuit efficacie cū passioē q̄ sine. ergo vī q̄ in quolibet alio. excellētia opis exterioris addat ad meritum bone voluntatis siue intētionis. ¶ Item bonū additū bono facit magis bonum. sed opus priuilegiatū est bonū. ergo additū intentiōi facit eā magis bonā. sed qō addit ad bonitatē. addit ad meritū. ergo ꝛc. ¶ Item si opera priuilegiata nihil adderēt supra bonitatē intentionis. ergo qui ea faceret. frustra laboraret. si ergo impiū est dicere q̄ facit opa excellētia. frustra laborat. vī q̄ opus excellens addat sup intentionis bonitatē. Sed cōtra de beato Martino cātat ecclesia. O beata aia. quā t si gladius pſecutoris non abstulit. palmā tñ martyrij nō amisit. ergo ita vī q̄ beatus Martin' habuit palmā martyrij ꝑ bonitatē intentionis. sicut si sustinuisset acerbitatē passionis. ergo nō videk̄ q̄ opus excellēs aliq̄d addat supra bonitatē intentionis. ¶ Item operans nō placet ꝓpter operationē sed magis operatio ꝓpter operantē quantū cunq; operatio illa sit nobilis. ergo quantumcunq; sit nobilis operatio nisi deus approbat operantē. tñ approbat operationem. igit̄ non vī q̄ homo maioris premij efficiat apud deuꝫ dignus. ꝓpter operationē excellentē superadditā bonitati volūtatis. ¶ Item si aliqs sustineret mortē ꝓ mundo. potius deme reretur apud deū q̄ aliq̄d mereret̄. igitur sustinētia mortis ꝓ xp̄o si quo modo placet deo. hoc nō est ob aliud nisi q: ordinat ad xp̄m. sed illa ordinatio est mediāte intentōe. ergo tota bonitas operationis q̄tūcunq; excellētis ex intentiōe ꝫ ortū. t ꝓpter illā deo placet. ſz vbi vnū ꝓp alterū. vtrobiq; tñ vnuꝫ igit̄ tantū dē placet intentio pfecta t bona cū opere. quantū placet sine opere. ¶ Item si aliqua opa faciunt ad meritū illa sunt maxime opera humilitatis t vilitatis. Hec em̄ opera deus maxie cōmēdat. sed opa priuilegiata sunt opa cuiusdā excellētie t dignitatis. ergo vī q̄ minime inter ola gña operū addant ad bonе intētōis meritū. ¶ Item vbi facultas deest. volūtas reputat̄ ꝑ facto. sicut determinatū est supra. t hoc nō est ob aliud nisi q: alias nō esset plena t pfecta volūtas. si igit̄ volūtas p se sola ꝓpe reputaꝫ. vī q̄ in tali casu opus priuilegiatū nihil addat sup intentiōis bonitatē t meritū. ¶ Rñ. dōm q̄ maiꝰ bonū pōt aliq̄d dici dupl'r. Aut intētiue. vtpote q: plꝰ deo plꝫ. Aut extētiue 24
vtpote q: pluribꝰ ꝑdest. t ſm hoc dupl'r pōt intelligi q̄ opꝰ priuilegiatū addat ad bonitatez intētiōis. Aut q̄tū ad primoruꝫ edificationē. aut q̄tū ad dei approbationē. Et ꝓo mō attēdit augmētū q̄tū ad exemplū. ſcōo mō q̄tū ad meritū. Si igit̄ loq̄mur de additiōe q̄tum ad exemplū. sic absq; dubio opus priuilegiatū addit ad bonitatē intentionis. q: bonitas intētiōis nō lucet exteriꝰ nisi ꝑ oñsionē bonoꝝ operū t maxime priuilegiatorum. Si aūt loquamur ſcōo mō ſcz q̄tū ad additionē que attēditur q̄tū ad meritū. sic distinguēdū est. q̄ est loq̄ de merito respectu premij ſbalis. t respectu premij accidētalis. Respectu p̄ mij accidētalis opus priuilegiatū addit supra bonā intentionē t voluntatē. q: premiū accidētale qō est aureola non debek̄ voluntati ſm se. sed volūtati in ope. Si aūt loquamur de merito respectu premij ſbalis. adhuc opꝫ subdistinguere. q: est meritū cōgrui. t est meritū cōdigni. Quātū ad meritū ꝯgrui. absq; dubio opus priuilegiatū addit supra bonitatē intētiōis. ꝓ eo q̄ volūtas in illo opere ꝓparaꝫ t disponit̄ ad susceptionē maioris gr̃e. ꝑ quā digna est maiori ꝓretributiōe. Si aūt loquamur de merito cōdigni sic absq; dubio nō addit. ꝓ eo q̄ quātitas meriti ꝓdigni pensatur ex quantitate radicis. t tñ placet deo quis q̄ habet voluntatē plenā t nō pōt habere opus. quantuꝫ t ille qui habet voluntatē t opus q̄tum ad essentialis premij retributionē si sunt in equali charitate. Et sic patet q̄ opus priuilegiatum rōne dignitatis sue aliquid addit supra bonitatez intentionis. licet nō ad dat omni. mō additiōis. Ideo cōcedēde sunt rōnes que ad primam partem inducuntur. ¶ Ad illud vero qō obiicit̄ de beato Martino q̄ palmā martyrij non amisit. 25
dicendum q̄ ibi palma martyrij nō accipit̄ ꝑ ꝑmio accidentali

qō est aureola. ſz pro p̄mio ſbali qō est aurea. vtrūq; cñ est martyrij palma. ſz vnū ſc̄z aurea rñdet martyrio. q̄ ſuſtinet ex caritate. alterū vero ſc̄z aureola rñdet ei. q̄ est ſpāl̄s priuilegij ⁊ p̄rogatiue. ¶ Ad illud qō obſ̄ q̄ opatio placet ꝓpter operantez
26 dōm q̄ verū est. attñ dū operās bñ vtit dono p qō placet deo. hoc ipo disponit se ad maī. ⁊ aliquo dign⁹ est. que q̄dē nō esset si nō ita bñ vteret ⁊ ideo nō sequit q̄ si opatio placet deo propter operantē. q̄ nō magis placeat operās ꝓpter opationē q̄ fine. nihil cñ impedit de duob⁹ bonis quoꝝ vnus bz bonitatez
27 ab altero. q̄n ambo meli⁹ valeāt q̄ valeat alter illoꝝ p se. ¶ Ad illud qō obijcit. q̄ mori pro iudeo displiceret deo. dōm q̄ vez est sed tñ ex hoc nō sequit q̄ tota bonitas opis priuilegiati veniat ex intentiōe. sed q̄ nō pōt esse opus pfecte bonū absq; intētōe nihilomin⁹ tñ opa priuilegiata aliquā bonitatē de natura sui bñt. q̄ iuncta cū bonitate intētōis aliquā excellētiā tribuūt bñ
28 operāti. quā nō tribuerēt alia ḡna operū. ¶ Et iō illud verbū quo dr̄ q̄ vbi vnū ꝓpt alterū vtrobiq; vnū. nō bz hic locū. Hoc cñ intelligit q̄n illud ꝓpter qō alterū p̄cipat aliquā ꝓpietatē. est tota rō illi⁹ p̄cipatōis. nō sic aūt est in ꝓposito vt visuz est. ¶ Ad illud qō obſ̄ q̄ opa priuilegiata sunt opa excellētia
29 ⁊ ideo min⁹ dñt facere ad meritū. dōz q̄ op⁹ excellēs duplr̄ pōt dici. aut fm vanā estimationē. sicut aliq̄s reputat excellētiā vidicare se de aduersarijs. ⁊ p̄dñari alijs. Aut fm veritatis dictā mē ⁊ sic ſuſtinere ignominiosissimū gen⁹ mortis p xp̄o ē op⁹ magne excellētie. ⁊ tale op⁹ excellētie nō ꝓdiuidit ꝑ opus humilitatis. imo simul cū illa stat. ⁊ necessario eā req̄rit tāq; ſociā ⁊ dū in se habeat difficultatē. ⁊ dignitatē. ⁊ charitatē p̄ambulā. ⁊ bu
30 militatē annexā. nō est mirū si disponit ad maiorē glīaz. ¶ Ad illud qō obſ̄ q̄ volūtas reputat⁹ p facto vbi facultas deest. dōz q̄ illud est verū q̄ntū ad sufficientiā ad salutē. ⁊ q̄ntū ad p̄miū ſubſtātiale. q̄ nemo amittit regnū celoꝝ ex hoc q̄ non facit qō facere nō pōt. non aūt est verū q̄ntū ad p̄mij excellentiā. siue q̄ntum ad p̄miū accidētale. Et hoc mō p̄dictū est q̄ opus priulegiatū addit supra intentionis bonitatem.

Questio. ij Utrū bona opa addāt supra bonā intē-
+tionē q̄ntū ad quātitatem dati. Et q̄ sic vr̄. j. Loꝝ. viij. Qui pce seminat. pce ⁊ metet. ⁊ q̄ seminat in bñdictionib⁹. de bñdictiōib⁹ ⁊ metet Si igit̄ seminatio illa de q̄ loquit̄ apl's est ī elemosyne datōe. vr̄ q̄ magnitudo dati faciat ad excellentiā glie. Itē Thobie. iij. Si multū tibi fuerit abundanter tribue. li ḡ ista exhortatio nō est inutilis. vr̄ q̄ abundātia dati faciat ad incrementū meriti. ¶ Itē q̄nis deus ex cōli bonitate ꝓferat bona maiora ⁊ minora. tñ ille cui maiora cōtulit. ad maiorē tenet ḡratz actionē. ḡ pari rōne si ex equali charitate det̄ maius mun⁹ ⁊ minus mun⁹. ꝓueniēs est deū p maiori munere maiorē reddere retributionē. ¶ Itē si nō magis merek̄ q̄ plus tribuit q̄ ille q̄ min⁹. ḡ nō plus merek̄ q̄ relinq̄t oia pro deo ⁊ dat paupib⁹. q̄ ille q̄ dat vnū solū obolū. igit̄ oēs fūt stulti q̄ sequunt̄ diuinū ꝓsiliū. Qō si impiū est dicere diuinū ꝓsiliū esse indiscretū. vr̄ q̄ quātitas dati faciat ad amplificādū meritum. ¶ Sed ℈. Marci. xij. Amen dico vobis. q̄m hec plus oīb⁹ misit ī gazophilatiū. loquit̄ de vidua. ḡ si xp̄s pl⁹ appreciabat datū illius vidue qō fuit valde paruū sicut in textu innuit ſ q̄ magna dona alioꝝ. vr̄ q̄ de⁹ appreciet opa solū fm quātitatez bone intentiōis. ⁊ nullo mō fm quātitatē muneris exteriozis. ¶ Itē glo. sup eundē locū. Nō offerētiū ſbam ꝓsiderat de⁹ sed ꝓsciaz. nec ꝓpēdit quātū offeras. ſz ex quāto. si ḡ merita tñ valent quātū de⁹ illa pōderat. vr̄ q̄ quātitas dati. meritū intētionis bone nō augeat. ¶ Itē sup illud. ij. Loꝝ. viij. Et q̄ multum habuit nō abūdauit. ibi. gl. Ubi equa est volūtas. equalē habebit mercedē. ḡ siue aliq̄s det magnū siue paruū. dū tñ ex equali charitate. vr̄ q̄ ei retribuat̄ equaliter. ¶ Itē si quātitas dati aliq̄d addit. aut addit ad meritū respectu p̄mij ſbalis. aut respectu p̄mij accidētalis. Nō respectu p̄mij ſbalis. q̄ illud respicit charitatis radicē ⁊ quātitatē grē. Nō respectu accidētalis. q̄ p̄miū accidētale debet̄ opib⁹ excellētioribus ⁊ priuilegiatis. nō
31 cñ merek̄ aliq̄s aureolā ex hoc q̄ dat magnā elemosynā. vr̄ igit̄ q̄ quātitas dati ad bone intētōis meritū nihil oīno addat. ¶ Rñ. ad p̄dictoꝝ intelligētiā est notandū q̄ de quātitate dati est loq̄ dupliciter. aut ꝓparādo datū ad datū solū. aut ꝓparādo hec adinuicē ⁊ ad dātis facultatē. Primo mō loquēdo maior quātitas dati aliq̄d addit ad bonitatē intētōis. nō inquā respectu p̄mij essentialis directe. sed q̄ aliquo mō disponit hoīem ad pficiēdū

fm bonoꝝ ad recedēdū a malo. Qui ei mal⁹ mun⁹ tribuit vt sibi faciat amicū de māmona iniquitatis. magis recipiēte obligat ad orandū p se. ⁊ quodāmō in obligādo illū. obligat deuz. ⁊ iō plus se disponit ad gr̄am q̄ ille q̄ dat minus mun⁹. Silr̄ plus se disponit ad recedēdū a malo. q̄ in b̄ q̄ facit maiorē elemosynā absolui merek̄ a maiori pena. ſz q̄ dr̄ Luce. xj. Date elemosynā ⁊ oīa munda sunt vobis. Et Tho. xij. Elemosyna a morte liberat. Et Dañ. iiij. Pcta tua elemosynis redime. Silr̄ si ꝓparem⁹ quātitates datoꝝ in ꝓparatōe ad facultatē dantiū. maior quātitas nō addit quātū ad meritū p̄mij ſbalis directe. ſz quodāmō dispositiue. Qui cñ pensatis suis viribus plus dat q̄ alter suis virib⁹ pensatis. magis ad donū gr̄e se disponit. magisetiā a pcto recedit. ⁊ sic ḡnaliter loquendo q̄ntitas dati ꝑ suppositā equalitate bone intētōis siue volūtatis ꝑ q̄ntū ad p̄miū essentiale nō addit directe ⁊ ꝓprie. ſz quodāmō dispositiue. vel q̄ disponēdo ad charitatē disponit ad maiorē gl̄iam. vel q̄ cripiēdo a malo celeri⁹ facit hoīem ptingere ad coronā. Et b̄ q̄dēnō bz ī stantiā q̄n est excessus quātitatis dati. ⁊ in ꝓparatōe ad datū ⁊ in cōparatōe ad facultatē dantis. Q̄n vero ex vna pte datū vnū excedit aliud in se. ⁊ ecōtra excedit ab aliquo in ꝓparatōe ad facultatē dantis. p quē modū dixit dñs q̄ vidua plus misserat in gazophilatiū q̄ oēs diuites. q̄ totū victuz suū posuerat. tūc se bñt sicut excedētia ⁊ excessa. Scōm cñ diuersas ꝓditiones vnū datū plus promouet q̄ reliquū. Maior cñ quantitas dati plus valet ad euadēdam penā. Qz sicut dr̄ Prouer. xiij. Redēptio aīe viri sunt ꝓprie diuitie. Maior ẽo quātitas dati fm facultatē dantis plus valet ad acquirēdā gr̄am p eo q̄ talis se magis disponit ad pfectionē virtutis scz paupertatis Locedēde sunt igit̄ rōnes oñdētes q̄ quantitas dati aliq̄d auget ad meritū bone intētionis scz dispositiue. ¶ Ad illud vero
32 qō p̄cio obſ̄ in ℈itū q̄ vidua illa plus dedit. dici pōt q̄ ibi loquit̄ dñs de quātitate dati p ꝓparationē ad facultatē dātis. qz illa totū dederat. qō ps p sequentē lr̄am. Preterea deus ꝙscrutat corda vidit q̄ vidua illa ex meliori volūtate oblationē suā dabat ⁊ ideo magis donū ei⁹ appreciabat rōne volūtatis eius melioris. Cū autē querim⁹ nunc vtrū quātitas dati aliquid addat ad bonitatē intētōis. hoc q̄rim⁹ ꝑ suppositā equalitate bone voluntatis aliter cñ nulla esset qō. qz planū est q̄ pl⁹ valet magnitudo bone voluntatis cuz paruo dono. q̄ parvitas bone voluntatis cū magno. ¶ Ad illud qō obſ̄ de glo. q̄ deus nō ꝙi33 derat quātum sed ex quāto. dōm q̄ verū est p̄cipaliter. s. quātum ad retributionē p̄mij ſbalis nō negat tñ glo. q̄n quantitas dati aliquo mō disponat de ꝓgruo ad maiorē gloriā. vel ad gloriā celerius habendā. ¶ Ad illud qō obſ̄ de alia gl. q̄ equalis 34 voluntas equalē bz mercedē tā ps rñsio. Nō cñ fit maior retributio voluntate remanēte in sua equalitate. sed qz quātitas dati disponit ad habēdus meliorē voluntatē ⁊ puriorē. hinc est q̄ aliquo mō facit ad augmētum glorie. Et per hoc ps rñsio ad illud qō vltimo querebat̄ q̄ aliquo mō facit ad p̄miū ſubſtantiale. ſz non principaliter ⁊ p se. sed mediāte gr̄a ⁊ charitate ad quā disponit. ¶ Verumtñ illud qō obijcitur de p̄mio accidē35 tali non cogit pro eo q̄ meritum accidētale non tñ est aureola. sed etiam gaudium de aliquo bono creato. siue fit alicuius prerogatiue ⁊ excellentie siue non. Et hoc melius manifestabitur in sequenti problemate.

Questio. iij Utruz bonitas operū addat ad bone i ℈
+tentiōis meritū q̄ntuz ad numerositatē. Et est qō vtrū bonū opus additū opi. reddat opantem dignū maiori p̄mio essentiali. Et q̄ nō vr̄ primo p illud 2ach. iiij. Exequabit gr̄am gr̄e. ḡ vbi est equalitas gr̄e. erit eq̄litas glie igit̄ si aliq̄ duo ex equali gr̄a inequaliter opant. nihilominus i mercede gl'e eq̄ bunt. ¶ Itē sup illō Joh. ij. Qui lōgo tpe post eum vixerūt glo. Soli⁹ dei est nosse inter sentoces qs coꝝ post se lucē emiserit. vtrū Paul⁹. an Petr⁹. an Bartholome⁹. sed certū est q̄ paulus plusoībus laborauit. sicut dr̄. j. Loꝝ. xv. ergo magnitudo p̄mij nō pensat fm multitudinē operū. ¶ Itez Aug. Non multitudo operū. nō diuturnitas tempoꝝ auget meritum sed sola charitas ⁊ melior voluntas. ſz nihil hoc expressius dicit pōt. ¶ Itē q̄ntū bō diligit deus tñ diligit a deo. ⁊ quātum diligitur a deo tñ remunerat̄ a deo. si ergo est equalitas i dilectione. equalitas est in remuneratiōe. ſz multi sunt equales in dilectione. qui tñ nō sunt equales in ope. ergo vr̄ q̄ multitudo operum nō faciat ad meriti ſbalis p̄mij incremētum. ¶ Bz ꝓpa

Rosi.iij. Ei aũt qui operaf merces nõ imputaf ſm gr̃am ſed ſm meritũ. Glo. merces nõ dabif ſm gr̃am fidei tm̃. ſz ſm meritũ opatiõis ſue. ergo vī q plurib' operib' maiorẽ mercedem q̃s mereaf habere. ¶ Itẽ ſup illud Bal.iij. Bonũ aũt facientes nõ deficiẽtes. Glo. Quãtum ſeminaueri' in operib'. tm̃ metem' in fructib'. ergo ꝛc. ¶ Itẽ p vnũ bonum op' bõ meref vitã eternã ergo ſi aliud ſequẽs opus eſt ita bonũ ſicut pri'. tãtundẽ merebif ſicut primũ. aut ergo meref illud'idẽ. aut aliq̃d ſupadditũ illi. Si aliq̃d ſupadditũ illi habeo p̃politũ q̃ multitudo opeꝝ p̃ſit ad augmẽtũ meriti. Si nihil. ergo vī q fruſtra operef. g̃ eſt ſtult'. q: facto vno bono ampli' facit aliud. Oõ ſi hoc eſt impiũ dicere. reſtat ꝛc. ¶ Itẽ pctm̃ nõ eſt magis efficax ad merẽdũ penã. q̃ ſit bonũ op' ad merẽdũ gloriã. ſz pctm̃ ſequẽs additũ p̃cedẽti ſi ſit equale ei meref duplo maiorẽ penã. g̃ bonũ opus additũ p̃cedẽti meref duplo maiorẽ gl'iaz. ¶ Itẽ q̃ ſeruit boi. q̃to diuti' ei ſeruit tãto maiorẽ aſſequiſ mercedẽ. ſi g̃ deus in retribuẽdo eſt iuſtior ꝛ liberalior q̃ ſit bõ. vī q quãto alĩs in plurib' ei ſeruit. ꝛ quanto plura opa pro xp̃o faciat. tanto maiorẽ ab ipſo recipiat retributionẽ. ¶ Itẽ iſte q̃ multiplicat opa bona ſeminat ī terra bona. g̃ neceſſario opz q̃ aliquẽ fructum p̃m̃ ex eo accipiat. Aut igiſ p̃miuz ſbale aut accidẽtale. aut aurec. aut aureole. Bz nõ aureole. cũ illa debeaf opib' excellẽtib'. g̃ recipiet maius p̃miũ ſbale ſiue aurec. Eſt igiſ qõ quãtum proſint bona opa multiplicata ꝛ quẽ fructum afferunt

36 ¶ Rñ. ad p̃dictoꝝ intelligentiã eſt notandũ. q̃ p̃ficere in merito vel ad meritũ põt eſſe duob' modis ſm duplicẽ differentiã p̃m̃. Quoddã eñ eſt p̃miũ ſbale. qõ quidẽ ꝓſiſtit in viſiõe ꝛ fruitione dei. qõ ideo dr̃ p̃miũ ſbale. q: fundamẽtum ꝛ ſba toti' noſtre britudinis eſt deus. ꝛ illo pfecte babito. pfecta eſt ī nobis

37 britudo. ¶ Aliud vo eſt p̃miuz accĩtale qõ quidẽ ꝓſiſtit ī gaudio qõ babef de bono creato. vel de liberatõe ab aliquo malo. Accipiẽdo igiſ meritum reſpectu p̃m̃ ſbalis. ꝓtingit dicere q̃ aliq̃d valet ad pfectũ meriti tripl'r. Aut q: p illud meref bõ maiorez gloriã. ꝛ boc mõ maior charitas vl'm elior voluntas facit ad pfectũ meriti. Aut q: diſponit ad merendũ maiorẽ gr̃iam. ꝛ talia ſunt opa pfectiõis q̃ dicunf facere ad meriti pfectũ. Aut q: ꝓſeruat illud p qõ meref bõ gl'iam. ꝛ ſic oĩa opa bona proficiũt ad meritũ. q: in ipſis exercef charitas ꝛ operaf. ꝓſeruaf ꝛ radicaf. vt bõ finaliter pſeueret in illa. Et b̃ non eſt paruũ. q: q̃q̃d homo faciat. nõ ſaluaf niſi finaliter pſeueret. Et ſic p̃z q̃ opeꝝ multiplicatio quodãmõ valet ad pfectũ in merito reſpectu p̃m̃ ſbalis. ꝛ b̃ dico diſponẽdo ꝛ ꝓſeruãdo. nõ aũt merẽdo

38 maiorẽ gr̃iam ex ꝺigno. Sil'r ad pfectũ maioris p̃m̃ accĩtalis põt aliquid valere tripl'r. Aut rõne adeptiõis aureole. ꝛ ſic opa ſpãlis excellẽtie faciũt ad pfectũ meriti voluntatis bone. Aut rõne adeptiõis alicui' delectatiõis interne. ꝛ ſic oĩa opa q̃ fiunt ex gr̃a quodãmõ valent ad profectũ p̃m̃ accĩtalis. q: ſm q̃ bõ plura bona opa facit. ſm b̃ de plurib' iocundabif in conſciẽtia ſua. Aut rõe diminutõis pene. ꝛ ſic opa difficilia ꝛ penalia faciunt ad profectũ meriti. ꝛ addunt ad meritũ bone voluntatis. q: remiſſionẽ alicui' pene meref bõ ex voluntate cũ ope. quã non meref ex ſola voluntate. Hec autẽ diſtinctio nõ ſolum valet ad terminãdum qõ dictũ eſt. ſz etiã ad duo p̃cedentia Generaliter eñ verũ eſt q̃ operum dignitas. ꝛ dari quãtitas. ꝛ operum numeroſitas ad profectuz meriti facit reſpectu p̃m̃. accĩtalis. ꝛ differenter. Verum eſt etiã gr̃aliter q̃ illa oĩa opa nõ faciunt ad profectũ meriti. p̃m̃ ſbalis niſi ſolum diſponendo ꝛ ꝓſeruãdo. Tm̃ rõnes ille q̃ oſtendunt q̃ non multiplicatur merces p̃m̃ ſbalis ſm multiplicationẽ operum. ꝓcedẽde ſunt.

39 Verum eñ ꝓcludunt. ¶ Ad illud vero qõ primo obf̃ in contrarium. q̃ ei qui operaf merces imputaf ſm meritũ. Dõm q̃ textus ille ſm q̃ glo. exponit nõ vult dicere q̃ quãtitas mercedis rñdeat operi principaliter. ſz boc vult dicere. q̃ vbi eſt opportunitas operãdi. non ſufficit gr̃a fidei ſine bona opatione. vbi autem opportunitas ſiue facultas deeſt. ſola gr̃a ſufficit. Unde ſen

40 ſus eſt. ei qui opatur. i. ei qui bz temp' operãdi. ¶ Ad illud qõ obiꝯitur de glo. q̃ quãtum ſeminauim' in operibus. tm̃ metemus in fructibus. Dõm q̃ nolẽ fructuũ intelligitur ibi gaudiũ qõ habebit quis de bonis operib'. nõ premium ſubſtãtiale qõ conſiſtit in deo. Si aũt de illo ſcz ſubſtãtiali premio intelligaf tunc quãtum ꝛ tm̃ non dicunt cõmenſuratione. nec etiã dicunt

41 diſpoſitionẽ neceſſitatis ſz congruitatis. ¶ Ad illud qõ obiꝯitur. q̃ perſequens opus meretur homo tantundez habere quã tum ꝛ per primum. Dõm q̃ verum eſt. ſz non meretur aliud ſed idipſum qõ prius meruerat. loquendo quãtum ad eſſentiale p̃mium. ꝛ non ſequitur q̃ inuanum laboret. q: ꝛ ſi primuz opus erat meritozium vite eterne. non tm̃ merebatur efficaciter niſi charitate perſeuerãte. ꝛ charitas non põt in boie vigere quin exeat in bonos actus cum põt ꝛ debet. ideo ſequens opus fruſtra nõ fit. quia q̃ uis nõ addat ad p̃mm̃ excellentiã. addit tm̃ ad meriti efficaciã. diſponit etiam nihilominus ad profectuz ꝛ facit ad incremẽtum meriti reſpectu accĩtalis p̃mi̇̃ ſicut prius oſtenſuz eſt Di.xlj.

¶ Houet queſtionez et determinare ſm quoꝝdã opinionem. an omnis intẽtio vl' actio eorum qui carent fide ſit mala. a

¶ Unqz intentio vt ſupra dictũ eſt bonuz opus faciat ꝛ fides intentionez dirigat. non immerito queri põt vtrũ ois itẽtio oẽqz il

42 ¶ Ad illud qõ obiꝯatur. q̃ pctm̃ additus pctõ duplat meritũ ꝛ ſupplitiũ. ergo ꝛ bonum additũ bono. dõm q̃ nõ eſt ſil'e. ꝓpter b̃ q̃ q: mala facim'. mali ſum'. ſz nõ q: bõa facim' bõi ſum'. immo potius ecõuerſo bonitas operum oꝛtũ bz ex bonitate operãtis. ꝛ binc eſt q̃ diuerſis pctis meref homo diuerſa ſupplicia. q̃uis diuerſis bonis operibus mereaf homo vnã gloriã. q: actio merẽdi ꝛ acceptãdi in pluribus bonis vna eſt. rõ vero diſplicendi ꝛ demerendi eſt in pluribus pctis diuerſa. ¶ Ad illud qõ obiꝯit. q̃ apud

43 boiem mai' p̃miũ meref bõ ex plurib' opib'. Dõz. q̃ nõ eſt ſil'e q: bõ nõ reputat op' dignũ retributõe ꝓpter bonitatẽ operãtis. ſz potiꝰ operãtẽ ꝓpter bonitatẽ opis. Dõ eñ indiget alicno ſeruitio. de' aũt q̃ bonoꝝ nroꝝ nõ idiget. nõ operãtẽ ꝓpter opera. ſz opa propter operãtem acceptat ꝛ remunerat. ꝛ ſõ nõ eſt ſil'e. ex pte iſta ꝛ ex illa. ¶ Ad illud qõ obf̃. q̃ opera multiplicata nõ valent ad p̃miũ accĩtale. q: nõ aſſequunf aureo-

44 lam. Dõm. q̃ accĩtale p̃mium in plus eſt q̃ aureola. Nolẽ eñ aureole non intelligimus quodcunqz p̃mium accidẽtiale. ſz illud qõ bz quandã prerogatiuã. ꝛ dignitatem ſicut ꝛ opus cui reſpondet. Nihilominus tm̃ gaudium de bonorũ operum multiplicatione ad accidentale premium ſpectat. cuz ſine ipſo poſſit baberi vita eterna. ꝛ ad boc quidem faciunt bona opera multiplicata. faciunt etiam ad eſſentiale premium aliquo modo ſicut prius oſtenſuz eſt. Ex bis patet reſponſio ad illud qõ vltimo querebatur.

Diſtin.xlj

Qualiter ex obliquitate intentionis babeat fieri opus malum.

¶ Unqz intẽtio vt ſupra dictũ eſt ꝛc. Supra oñdit mgr̃ qualiter actus babeãt rectificari ex rectitudine intentionis ꝛ volũtatis. In hac parte intendit determinare qualiter act' ex defectu intẽtiõis ꝛ volũtatis babeãt deprauari. Diuidit aũt ps iſta in duas ptes. In q̃rũ pria ꝓparat mgr̃ opa ad intẽtionẽ deficiẽtẽ. In ſcõa vo ꝓparat malos act' ſiue mala opa ad voluntatẽ ibi. Poſt bec inueſtigari opz ꝛc. Pria ps diuidit in tres ptes. In quaꝝ pria mgr̃ mouet qõnẽ ꝛ determinat ſm quoꝝdã opinionẽ. In ſcõa vero obiꝯit ꝛ illã determinationẽ. adiungẽs illi qõnem quãdã rñſionẽ. ibi. His aũt obf̃. In tertia mgr̃ ſz illoꝝ opinionẽ q̃ tripbariã diſtinctionẽ actuũ ponunt vt in di. p̃cedẽti p̃z ſaliã ponit determinationẽ. ibi. Alij vo qui tripbariaz diſtinctionẽ actuũ faciũt. vbi innuit q̃ actões nre diuidunf p tres differẽtias. ſ. p bonã. ꝛ malã. ꝛ indifferentẽ inter vtranqz mediã. Sitr ſcõa pars principalis diuidit in tres ptes. In p̃ma querit mgr̃ vtrũ omne pctm̃ ſit voluntarium ſiue a voluntate. In ſcõa querit vtrũ oẽ pctm̃ ſit in volũtate. ibi. Illiusetiã intelligẽtia pquirẽda eſt ꝛc. In tertia vero ꝓcludit q̃ boc nõ ſolũ verũ eſt de pctõ exteriori q̃ ſit voluntariũ. ſz etiaz verũ eſt de pctõ interiori. qõ quidẽ cõſiſtit circa volũtatis motum. ibi. Si autẽ omne pctm̃ mortale ꝛc. Et ſic duas queſtiones principaliter determinat mgr̃ in parte iſta. Quarum vna eſt. Utrum ois actio mala ſit que non procedit ex intentiõe recta. Scõa eſt. vtrum omnis culpa ſit voluntaria.

a ¶ Fides intẽtionẽ dirigat. Cõtra. Multi bñtes fidem bñ

malas intentiões. ergo videtur q̄ intentionis directio a fide non habet esse. Si tu dicas q̄ de fide loq̄tur que per dilectionē operat. vtpote de fide formata. tunc potius videtur q̄ directio intentiōis debuit attribui charitati q̄ fidei.

¶ Jtē queritur iuxta hoc cum directio intentiōis aliquo modo attribuit fidei. Rom. xiij. aliquo modo charitati. q̄re similiter nō attribuitur spei. cum ipsa sit virtus theologica. t respiciat finē sicut fides t charitas.

1 ¶ Rñ. dicendum. q̄ cū intentio duo respiciat. videlicet oculū intellectus. t pedem affectus duplici indiget directiuo. quorum vnum respiciat aspectū. t hoc est fides. Alterum vero affectum. t hoc est charitas. Et ideo dicit Bern. q̄ ad simplicitatem oculi concurrit charitas t veritas. Qñ ergo magister dicit q̄ fides dirigit intentionē. nō de quacūq̄ fide intelligit sed de fide operante p dilectionem sicut obiectū est. Magis tamen directionē attribuit fidei q̄ charitati quia dirigere in via potest est luminis illustrantis q̄ virtutis adiuuantis. licet vtrumq̄ sit necessarium ad hoc q̄ homo recte ambulet t q̄ lumen videat. t q̄ pedem rectum habeat. Propter defectum primi nō recte incedit cecus. t ꝓpter defectum secundi non recte incedit claudus. Deb. xj.

2 ¶ Ad illud quod queritur de spe. Dicendum. q̄ spei p prie loquendo non est dirigere sed erigere. quia spes spectat per modum futuri Unde quasi dat securitatē quandam ne in via deficiat Fides autem t charitas p sentialiter potētias in quibus sunt in operibus dirigunt. quia vna illuminat. t altera inflammat. t ideo vna dirigit respectu veritatis altera respectu boni tatis. t quantū ad hec duo sufficienter attenditur rectificatio anime i suis operibus. t ideo nō oportet q̄ spei attribuat directio. sed solum erectio. licet illa erectio quodāmodo dici possit directio.

*Psal. lxxxiij. b ¶ Omnis vita infidelium peccatum est. Contra. Jnfideles habent opera virtutum politicarum. s virtutes politice non sunt bonum in nido ecclie. i. i fide. t iō oculcanē pulli eor. Quib' illi rñdēt dicētes. bona opa appellari hmōi q̄ sine charitate fiūt nō q̄ bōa sint qñ sic fiūt qō euidēter supra Augu. docuit. s q̄ bona essent si aliter fierēt. q̄ etiā sui gñe sunt bona. sed ex effectu fiunt mala.

Ponit aliā determinationē q̄b' modis actio eorum bona est qui fidē nō hñt. c

¶ Alij vero q̄ tripliciā distinctionē actuū faciūt. opacū cta q̄ ad nature subsidiū fiūt semp bona esse astruūt. Sed q̄ Aug. mala esse dicit si malas habeāt causas. nō ita accipiēdū est q̄ ipsa mala sint. sed q̄ peccāt t mali sunt q̄ ea malo fine agūt. Jtem t illud aliud. s. bonū op' intētio facit. t intētionē fides dirigit. determinātdicētes. ibi bonū vocatū q̄ remunerabile est ad vitā. nō q̄ illud sit solū bonū op'. imo etiā alia plura. s nō ea rōne q̄ illud sint bona. Bonū enī multipl'r accipit. s. pvtili. p remunerabili. pro signo boni. p spē boni: p licito. t alijs forte modis. Sola q̄ illa intētio remunerabilis est ad vitā quā fides dirigit. sed nō illa sola bona ē vt aiūt Mā si q̄s iude' vel mal' xp̄ianus necessitatē primi releuauerit naturali pietate ductꝰ bonū fecit. t bona fuit voluntas qua illud fecit.

Querit vtrum oē pctm̄ exterius sit volūtariū seu a voluntate. d

¶ Post hec inuestigariop̄ q̄liter intelligēdū sit q̄ Aug. ait i li. de vera religiōe. Qlibet adeo inq̄t pctm̄ voluntariū malū est. vt nullo mō sit pctm̄ si nō sit volūtariū. Huius dicti rōnē Aug. aperiēs in li. retractationū dicit. Pōt videri falsa hec diffinitio. s si diligēter discutiat inuenit esse verissima. Pctm̄ quippe illud cogitandū est q̄ tm̄mō peccatū est. non q̄ est etiā pena pcti. s. pctm̄ primum bois q̄ fuit pctm̄ t cā pcti s nō pena b Quāuis t illa q̄ nō voluntaria pcta nō immerito dicunt. q̄ vel a nescientib' vel a coactis mali. sed boni. qñq̄ sunt vicia s dei dona. t ergo videtur q̄ opera illarū virtutum non sint peccata. Rñdet ad q̄onē

¶ Jtem infidelis homo potest dare elemosynam. vt deus manifestet sibi viam veritatis. t in hoc disponit se vt deus det ei habitum fidei. sed in hoc q̄ homo ad gratiam se disponit non peccat. ergo non videtur q̄ omnis vita infidelium sit culpa siue omnis actio. Oppositum autē dicit' est. quia arbor mala nō potest fructus bonos facere. ergo si infideles malā voluntatem habent. t indirectam intentionem. t carent fide t charitate. ergo videt' q̄ omnia faciant male t nihil bene. Act' nō dividitur per tres differētias. s. p bonā t malā. t p indifferentem.

¶ Responsio. Dicendum. q̄ infideles non peccant in omni sua actione. naz quādo eorum actio non repugnat fidei. nec bonis moribus. non est ratio aliqua quare in ea debeat esse peccatum. Quod ergo dicitur in littera q̄ omnis vita infidelium est peccatum. Dicenduz. q̄ hoc non dicitur propter hoc q̄ omnis actio quam faciunt in tota vita sua sit culpabilis. t demeritoria. sed hoc ideo dicit' Quib' tur. quia per nullam actionem modis nem quam agunt liberan dicantur a culpa q̄diu in infidelitate perſistunt. t ideo sensus est. omnis vita infidelium est peccatuz. idest nō sine peccato. Similiter intelligenda est sequens auctoritas t alie consimiles. cum dicitur. q̄ vbi deest agnitio veritatis. falsa est virtus. non quia illa virtus sit vicium. sed quia deficit a vera virtutis perfectione. quia virtus vera dicitur. quia veraciter perducit ad vitam.

¶ Ad illō ergo quod obj̄cit q̄ arbor mala nō potest fructus bonos facere. intelligenda est locutio per se. idest si operetur voluntas mala inquantum mala. videlicet mala intentione. Si autem non per se intelligatur nō est sermo verus nisi intelligat' de bono perfecto. q̄d quidez est bonuz meritoriū. sed tunc nō sequit. nō facit fructū bonum. ergo facit fructū malum. q̄ inter tale bonum t malum est medium. sicut supra ostensum est. 4

c ¶ Quamuis t illa ꝛc.

Junuit magister ꝙ peccata que a nesciētibus vel coactis ppetrātur nō omnino possunt fine volūtate committi. Cōtra. videtur falsum dicere. primum qz voluntarium presupponit cognitionem. sicut dicit phō. ergo qđ fit per nescientiā vel ignorātiā, est simpliciter inuolūtarium. ergo committitur sine voluntate.

¶ Itē coactio inducit violentiam. sed violentia excludit volūtatem. ergo qđ fit a coacto non est voluntariū. Queritur ergo qualiter Aug. intelligit cuz dicit. ꝙ que fiunt p coactionem t ignorātiam nō fiūt p̄ter volūtatem. ¶ Rñ. Dōm ꝙ nouē sunt gradus volūtarij ſm quos pctā voluntaria dicūtur ſm plus. t minus. Primo eñ t principaliter dicitur voluntarium qđ est a volūtate. nullo inclināte. nec exterius. nec interius. sic fuit pctm̄ luciferi volūtariuz. Scđo modo volūtarium dicitur qđ ē a volūtate aliquo suggerēte exterius, sed nullo inclināte interius. t sic fuit pctm̄ primi hominis volūtarium. Tertio mō dicitur volūtarium qđ est a voluntate. aliquo tñ inclināte exterius t interiꝰ. t sic est peccatum mortale qđ aliquis perpetrat ex deliberatione t intētione post lapsum nature. Quarto mō aliqđ est volūtarium qđ est a volūtate nō mouēte ad illud directe. mouēte tñ illud ex psequēti. sicut est peccatū omissiōis. quo quis omittit ad matutinum surgere, qz volūtarie se inebriauit. Quinto mō aliquid est volūtarium qđ est a volūtate nō mouēte ad illud directe. nec apptēte. ſz aliud refugiēte. sic est peccatum qđ bō facit mortis timore. Sexto mō est aliquid volūtarium qđ est a volūtate Ro. vij. no plene id qđ agit cognoscēte. t sic peccatū ex ignorantia dicitur volūtarium Septimo modo dicit aliquid volūtarium quia cōsequitur ad aliquid qđ voluntarie factum est ab illo eodem a quo illud fit. t sic peccata que cōsequuntur ebrietatem in quam homo se sciēter indurit. dicūtur Volūtas qđ fit ſm Aug. aliquo modo voluntaria. Octauo modo dicitur aliquid volūtarium quia est ab aliquo potēte prohibere nō tamē prohibēte. t sic peccatuz veniale qđ est primus motus dicitur esse volūtariuz. Nono mō dicitur aliquid voluntariuz quod introductū est a voluntate aliena sicut a causa prima. t sic peccatum originale dicit voluntariū. In oībus istis modis predictis aliquo mō saluatur ratio volūtarij. proprie tamē t principaliter in duobus modis primis. Et propterea dicit Augu. ꝙ illud quod dixerat scz omne peccatum volūtarium de peccato primi parētis esse intelligēdum. nō quia illud solum sit voluntarium. sed quia illud inter cetera mere est volūtariū. Alia eñ aliquo mō volūtaria sunt. licet non ita plene sicut illud quod fit per nesciētiaz t per coactionem. ¶ Ad illud vero quod obijcitur ꝙ tam coactio ꝙ ignorantia excludit rationem volūtarij. Dicendum ꝙ verum est vbi est omnimoda ignorātia. t coactio sufficiens. sed volūtas nūquam cogitur coactione sufficiēti. ideo coactio nūquam tollit rationem volūtarij. Ignorātia vero aliquādo est per omnimodam priuationem discretionis. t tunc tollit simpliciter rationem volūtarij. Aliquādo vero dicit priuationem alicuius circūstātie. remanente nihilominus cognitione actus t aliarum circūstātiarum. Nō sem p volūtas ſz quod pctm̄ est sicut est de illo qui fornicatur nesciens fornicationez esse mortale pctm̄. Sciens qz vult tamē se cognoscere nō suā quis ꝙ t tunc minuit. Non tamen pctm̄ est tollit rationem voluntarij nō tamē t sic loquitur magister in littera. Et per hoc patēt illa duo obiecta.

ctis ppetrant. non omni mō possunt fine voluntate cōmitti qñ t ille qui peccat ignorans. volūtate vtiqz facit. qđ cū faciendum nō sit putat esse faciendū. t ille qui cōcupiscēte aduersus spm̄ carne. nō ea que vult facit. Concupiscit quidem nolens t in eo non facit qđ vult. sed si vincitur concupiscentie ꝙsentit volens. t in eo non facit nisi qđ vult. t illud qđ in paruulis est originale pctm̄. Ex prima hominis voluntate mala contractum est. Nō itaqz falsum est qđ dixi. vsqz adeo pctm̄ volūtariū est ꝛc. Ecce qualiter accipiēdum sit illud scz vel de primo pctō hois vel de oībus generaliter pctis mortiferis. quoruz licet quedā dicant nō voluntaria q̄ scz per ignorātiaz vel per infirmitatē fiunt. eadem tñ ea rōne pñt dici volūtaria. qz sine volūtate nō cōmittuntur.

☞ Querit vtruz oē pctm̄ sit in voluntate. e

¶ Illi⁹ etiaz intelligētia pqui rēda est qđ in li. de duab⁹ aiabus edidit inquiens. Nusqz nisi i volūtate pctm̄ est. Qđ etiā i li. retracta. plane determiat dicēs. Pōt putari ista falsa esse sñia qua dixim⁹ nusqz nisi in volūtate esse pctm̄. cū apl̄s dicat. qđ nolo b̄ facio ꝛc. Sed pctm̄ qđ nusqz est nisi in volūtate. illud p̄cipue intelligendū est qđ iusta dānatio cōsecuta est idest primuz hois peccatum.

☞ Quō intelligit illud. Nō nisi volūtate peccat. f

¶ In eodē quoqz li. de duabus aiab⁹ aliud tradidit ꝙsideratōe dignū. ait eñ. Non nisi volūtate peccat. ipsamqz volūtatē diffinit dicēs. Voluntas est animi mot⁹ cogēte nullo ad aliqđ vel nō admittendū vel adipiscendū. Huius dicti cām aperiēs t intelligentiā pandens in libro retracta. ait. Hoc propter eadi cum est. vt hac diffinitōe volensa nolente discerneret. t sic ad illos referret intētio q̄ in paradiso fecerūt originez mali nullo cogēte. peccādo. i. libera volūtate. qz t sciētes ꝓtra ꝓceptū fecerūt. t ille tētato: suasit vt hoc fieret. nō coegit. Nā qui ne sciēs peccauit. nō incōgruēter nolēs peccasse dici pōt. quāuis t ipse quidē nesciēs fecit. volēs tñ fecit. Ita nec tale peccatū sine volūtate esse potuit. ſz voluntas facti ibi fuit. non pcti volūtas. qđ tñ factū fuit peccatū. Hoc eñ factū est qđ fieri nō debuit. Quisquis aūt sciēs peccat si pōt cogēti ad pctm̄ sine pctō resistere. nec tñ facit. vtiqz volēs peccat. qz q̄ pōt resistere. non cogit cedere. quapropter pctm̄ sine voluntate esse nō posse verissimū est. Ex his liquet qualiter superiora accipiēda sint.

☞ Concludit de peccato interiori t exteriori ꝙ sint voluntaria. g

¶ Si autē oē pctm̄ mortale volūtariū est. cū volūtas mala peccatum sit mortale constat ipsam esse voluntarium peccatum. Quid eñ (vt ait Augu.) tam in voluntate ꝙ ipsa voluntas sita est. Volūtas itaqz mala recte voluntarium dicitur peccatum. qz in voluntate cōsistit. voluntas quippe vt ait Aug. in eodez est prima causa peccandi aut nullū peccatuz est pria causa peccādi. nec est cui recte imputetur peccatum nisi peccanti Non ergo est cui recte imputetur nisi volūtati. Hoc autē de pctō actuali t mortali intelligendū est. Neqz his verbis aliud voluit oñdere. Augu. vt ipse ait i retractatōib⁹ nisi qz voluntas est qua peccatur t qua recte viuitur.

Prima contrarietas in moribus est inter bonum t malum. Unde pbs dicit ꝙ bonum t malum nō sunt in genere. sed sunt ge-

Ad intelligentiā. igitur bus suospartis incidit hic questio circa duo. Primo queritur de diuisione actionis deliberatiue. in bonam t in malam t in indifferentez. Secundo queritur de comparatione peccati ad volūtatem. Circa primum querūtur tria. Primo queritur. vtrum actio deliberatiua diuidatur per bonum t malum tanquam per differentias oppositas. Secundo queritur. vtruz diuidatur per bonum et malum tanquam per differētias essentiales t intrinsecas. Tertio queritur. vtruz diuidatur per has differentias tanquam per differentias immediatas.

Qſ mala volūtas est volūta riep̄ctm̄

Aug. in li. de li. arb.

Questio. j. a

Cū actio deliberatiua diuidat in bonā t malā. vtz diuidat tāq̄ p differētias oppositas. Et ꝙ sic videt.

